




EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.


*Ad. 11*

*Schulz*



h. 102





DEMONSTRATIO  
IMPOSTVRARVM ET FRAVDVM:  
QVIBVS EGIDIVS HVN. D.  
in libro, recens ab ipso edito, de Sa-  
cramentis veteris & noui  
testamenti,

PRO DEFENSIONE  
Dogmatis Ubiquitarij  
Contra veritatem orthodoxam  
pugnat.

AD PRÆMONENDAM IUV-  
uentutem: Scripta & edita  
BREMÆ.

CHRISTOPHORO PEZELIO  
Theologiae Doctore.

Excudebatur Typis Bernhardi Petri.

---

M. D. XCI.

MEMORABILIA

IMPOSITIVA

RAM ET FRAVDAM

QUIBUS EGI DVS HVM. D.

In libro, recens ab ipso edito, de sa-  
cramentis veteris & noui  
testamenti.

PRO DEFENSIO

Dogmatici Disputantij

Contra Sententiam orthodoxam  
pugnans.

AD PRAEMONENDAM IV-

uentum: Scripserit & editit  
BRAMA.

M

CHRISTOPHORO PELLIO

Theologiae Doctore.

Excudebat in Typis Bernhardi Petri.

M. D. XCV.



ILLVSTRISSIMIS  
PRINCIPIBUS ET DOMINIS:  
DOMINO WILHELMO : DOMINO  
LVDOVICO : ET DOMINO GEORGIO  
fratribus germanis : Landgrauijs Hassiæ :  
Comitibus in Cattenelnbogen , Zi-  
genhayn , Nidda , & Dietz : Do-  
minis suis, vera animi reue-  
rentia & subiectione  
colendis,

*Salutem & incolumitatem à Deo per  
Christum Immanuelem & Seruato-  
rem Ecclesiæ unicum precatur*

CHRISTOPHORVS PEZELIVS  
Theologiæ Doctoi.



*V* M M A laus est p̄ij Principis,  
quam Imperatori Theodosio tribuit  
Ambrosius : Dilexi virum, qui cūm  
corpore solueretur, magis de statu  
Ecclesiæ, quàm de suis rebus solli-  
citus erat. Dignum est etiam memoria ac celebra-  
tione, quod ad eundem Theodosium Imperato-  
rem idē ille Ambrosius in Epistola quadā scripsit:  
Neque Imperiale est, libertatem dicendi negare,  
neque Sacerdotale, quod sentiat, non dicere.

):( 2

Nihil

Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare, & tam amabile est, quam libertatem etiam in ijs diligere, qui obsequio militiae vobis subditi sunt: siquidem hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni libertatem amant, seruitutem improbi. Nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non liberè denunciare. Ideoque clementiae tuae displicere debet Sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentij mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris.

*Has virtutes, cum & intelligere, & re atq; facto ipso probare vos: Illustrissimi Principes, Domini clementissimi: persuasum mihi habeam, non verendum mihi putavi, graue ac molestum vobis fore, si publica hac compellatione offerrem Celsitudinibus vestris, ea qua par est subiectione & reuerentia, Initium Responsionis ad recens scriptum Egidy Hun D. & Professoris in Academia Marpurgensi, quod de Sacramentis Noui & Veteris Testamenti inscribendum sibi ille putauit: Sed in quo, Controversiae de sacrosancta Coena praetextu, aperte profitetur ac rationibus Sophisticis compluribus adductis prolixè tuetur dogma suum de Ubiquitate seu omnipresentia carnis Christi.*

*Quo dogmate, & unio duarum naturarum.*



non modo inseparabilis, sed etiam inconfusa in  
persona Christi, & corporis ipsius veritas, &  
translatio eius in caelum, & sessio ad dextram  
Dei in caelis, & reditus eius ad iudicium uniuersale:  
imò & Caelum ipsum, in quod mutatione loci inferioris,  
Christus euectus est, & ubi locum nobis parauit,  
ut ad se aliquando nos recipiat, in dubium vocatur,  
corrumpitur, euertitur.

De ceteris eius scripti partibus: Inprimisque de praefatione: In qua Confessionis Augustanae recognitionem publica Protestantium Ordinum autoritate approbatam labefactare, dissidia vetera augere, certamina noua accumulare, Ecclesias Euangelicas, (quae in Germania & regnis vicinis, Antichristi Romani iugum excusserunt, quaeq; aduersus communes hostes Pontificios coniungende magis fuerant) distrabere à se inuicem atq; diuellere in perpetuum modis omnibus conatur.

Itemq; de quaestionibus illis penè infinitis, quibus in toto illo libro suo salutarem doctrinam de Sacramentis (non ad ociosas speculationes, sed ad Christianismi praxin a Christo traditam) inuoluit & obscurat potius, quam explicat atq; illustrat: alia si opus fuerit, respondendi opportunitas sese offeret: Nisi aut Apostoli praeceptum sequendum magis videatur, qui Timotheum  
3. suum.

suum iubet cauere questiones ἀπεργασθῆναι καὶ ἀπαρ-  
δύτουσιν: aut Celsitudines vestrae remedia alia le-  
gitima malo huic adhibenda iudicauerint.

Nam etsi causa haec, ad omnes Principes &  
Respub. quae Euangelium amplexae sunt, & Au-  
gustanam Confessionem secundum normam verbi  
diuini profitentur, pertinet, tamen vestras Cel-  
situdines, Illustrissimi Principes, propius illa at-  
tingit.

Quorum parens PHILIPPVS Landgravius  
Hassiae, felicitis recordationis, inter primos illos &  
paucissimos Imperij Germanici Ordines, qui do-  
ctrinam Euangelij renascentem in ditiones suas re-  
ceperunt, praecipuo loco semper est habitus:

Qui Marpurgensem Academiae primus fun-  
dauit eamque, ut praclarum depositum vobis reliquit.

Qui controuersias non modo contra Ponti-  
ficios, sed etiam inter Euangelicos motas, rectis-  
sime intellexit.

Qui doctrinam puriore non solum in terri-  
torijs suis benignè fouit, verum etiam apud Or-  
dines vicinos, & externos plurimum promouit.

Qui in perpetuis quasi excubijs pro tranquil-  
litate Ecclesiarum Euangelicarum fuit.

Qui gliscenti dissidio Eucharistico ab  
initio statim Medicam manum ad mouere stu-  
duit.

Qui

Qui suo sumptu Doctorem Lutherum, Philippum Melanthonem, & his adiunctos, & superioris Germaniae Theologos ad Colloquium Marpurgense euocauit:

Qui praesentia & autoritate sua perfecit, ut Consensus in eo Colloquio constitueretur de omnibus articulis controuersis, nisi quod una haec quaestio reliqua mansit: an Corporaliter praesens sit in pane Eucharistico Corpus Christi, De qua nisi morbi contagiosi periculum, qui Sudor Anglicus tum nominabatur, Colloquium abrumpere coegisset, haud dubie etiam pax & consensus aliquis constitutus fuisset.

Qui postea etiam non acquieuit prius, quam post Augustanam Confessionem exhibitam, Superioris Germaniae Ciuitates (salua & inuiolata Confessione earum) in Suinfurtensi pacificatione, in societatem Augustanae Confessionis, & pacis publicae, & quae secuta sunt, foederum, inter Status Protestantes, reciperentur.

Qui deinceps quoque inter ipsos Theologos superiorum Ciuitatum, & Doctores Witebergenses, pietate & prudentia sua, actiones de Concordia direxit, atque ad finem optatum perduxit: cum operam diligenter nauasset, non solum ut Witemberga Concordia iniretur, sed postea etiam in celebri illo conuentu Smalkaldensi publica autoritate confirmaretur.

Quis

Qui iactis his initijs Concordiæ inter Germanicas Ecclesias, non destitit inter Heluetios quoque & D. Lutherum consensionem mutuam urgere: Quam admissa articulorum Concordiæ Wirtembergensis declaratione Buceriana, & Confessione Heluetiorum à D. Luthero approbata, pars utraq; lucidè non obscurè ostēdit, ac palàm testificata est.

Qui ut consensio illa, tum inter Germanicas Ecclesias, tum etiam cum Heluetijs coalesceret firmius, hortator Philippo Melanthoni & alijs fuit, ut decimus articulus Augustanæ Confessionis recognosceretur ad eum modum, quo (nemine ex Ecclesijs Evangelicis, ac ne Luthero quidem ipso contradicente) in sequentibus Colloquijs & Comitijs omnibus, Statuum Protestantium nomine oblatus ille in posterum fuit.

Qui cum bellum aduersus Protestantes, Pontificum Romanorum impulsu in Germania motum esset: pro defensione doctrine Euangelij, extremum vitæ ac fortunarum suarum discrimen subiuit.

Qui capto Iohanne Friderico Electore Saxoniae, socio eiusdem belli atque periculi, cum sistere se hosti irato maluisset, quàm subditos suos prædæ exponere, etsi Sinonij artibus Albaricus Ducis in custodia detentus aliquandiu fuit, tamen se, Illustrissime Princeps Wilbelme, unâ  
cum

cum affine, Duce Mauricio Electore Saxonie, fortissimo Heroe, pro liberatione optimi parentis, & Germanie libertate, iustissima arma capiente, liberatus & patrie restitutus, omnem vitam suam reliquam ad ornandas & coniungendas Ecclesias Evangelicas contulit.

Præsertim, cum tuis, Wilhelme Princeps, & Ducis Mauritijs auspicijs, publica pax Imperij & Religionis Carolo Imperatori extorta esset, qua in Passaviensi conventu, & in Comitibus Imperij sequentibus, omnium Ordinum consensu sancita atque confirmata fuit. Quo velut medio diuinitus concesso Germanie tranquillitas hætenus stetit, & nisi peccata nostra aliud merebuntur, hoc quasi fulcro innixa deinceps quoque stabit, quoad Dominus Ecclesias Germanie salvas esse volet.

Hac ergo pace publica constituta, non cessavit Illustrissimus parens vester, operam & curam omnem impedere, ut inter Status Augustanae Confessionis coniunctio quantum fieri omnino potuit, salva esset.

Itaque nouo ac tristi Schismate per Flacium Illyricum contra Scholam Witebergensem excitato, Nec diu post, etiam disputationibus Ubiquisticis exortis: magno studio remedia salutaria ad sananda hæc vulnera adhibuit, diligentem operam nauans, ut in Francofortensi, postea etiam in Numburgensi Re-cessu via muniretur ad restituendam pacem Ecclesijs.

Atque

Atque extat etiamnum manus Illustrissimæ  
parentis vestri, qua ad libros Brentij, in quibus  
dogma Ubiquitatis in theatrum reducebatur, as-  
scripsit, dogma illud Ubiquisticum idem esse cum  
Schwenckfeldij dogmate.

Extant & Epistolæ eius grauitè scriptæ, in  
quibus librū Confutationum Vinarensium seriò  
imporbavit, & damnationes ac anathematis mos  
nondum facta legitima causarum cognitione iu-  
stissimo zelo reiecit ac detestatus est.

Quid? quod in testamento, posteris suis  
Concordiã Witebergensẽ et curã retinendã cõiun-  
ctionis Ecclesiarũ suarũ summo studio cõmendauit?

DE TE verò, Illustriss. Princeps Wilhelme,  
veris præconijs celebrabit posteritas, cum alia tua  
merita erga Remp. Christianã, tum vel maxime  
Constantiã in cõseruãdo deposito purioris doctri-  
ne, & reijciendis paradoxis, quorũ ne quidẽ vesti-  
gium viliũ extat in Augustana Confess. Quæ sub  
prætextu tamen huius, mirificis artibus malè feri-  
atorum quorundam Theologorum, passim obtru-  
sa fuerunt multis Principibus Germania.

In quo ceteri quoque Fratres tui verã laudẽ  
promeriti sunt, quòd exẽplo et hortationibus tuis,  
cũ pietate & sapiẽtia cõmunitis, graui cõsilio par-  
ticipes se facere noluerunt nouarũ subscriptionũ,  
se aut veritati, aut Ecclesiæ præiudicium crea-  
retur,

retur, antequã in legitima Synodo de cõtrouersis  
horũ temporum cognitio ac dijudicatio facta esset.

Vt autem Ecclesiarũ Hassiæ tranquillitati ea  
res plurimum profuit: Sic apud alios impetum ac  
progressum earum molitionum, quibus Theologi  
nonnulli turbas Germaniæ dare ceperãt, non pa-  
rum inhibuit. Quin & Principes multos ad  
consilia moderatiora traduxit.

Magna etiam laus vestra omnium, Illustriss.  
Principes, hæc fuit hætenus, quòd in communibus  
deliberationibus vestris ita vos gessistis, ut ne Te-  
stamento Illustriss. parentis vestri iniuria fieret,  
nec fraternæ beneuolentiæ & coniunctionis fœ-  
dus ullo unquam tempore inter vos rumperetur.

Quò magis vestra interest, occasiones omnes  
cauere in posterum, quibus aut memoriæ lauda-  
tiss. parentis vestri, aut gloriæ vestrarum virtu-  
tum labe aliqua aut macula ab alijs aspergatur, si-  
ue ad presens hoc sæculum, siue ad posteros.

Qui haud dubiè mirabũtur Egidium Hun D.  
in Academia Marpurgensi vestra (quæ Theologos  
orthodoxos superioribus annis eximios habuit)  
ausum fuisse Vbiquitatis dogma palàm docendo  
profiteri, disputando propugnare, scriptis deniq;  
publicis cõtra decreta Synodorũ Hassiacarũ, &  
contra voluntatem vestram, tanto cum fastu &  
insolentia tueri atq; defendere. Nec

Nec verò, si Pastores Hassia, si Academia  
Professores, quibuscūque de causis, taciti ista spe-  
Etant: Si scripta Hunij non multi hactenus re-  
sponse digna iudicarūt: Si conuitijs & male-  
dictis suis vel absterrere vel obruere se posse putas  
Hun, eos qui reducere ipsum in viā conatur: pro-  
pterea triumphos sibi decernere debet. Sed illud  
Christi etiam atque etiā cogitet secum: Si isti ta-  
cebunt, Saxa & Lapidēs clamabunt.

Et certè iā nunc, contra audaces ipsius, inpro-  
pugnando Ubiquitatis dogmate, & distrahendis  
magis magisq; Ecclesijs Euangelicis molitiones,  
passim locorū clamant ac vociferantur, gemitus  
multorum piorum:

Inter quos, & hunc meum gemitum, lon-  
gè lateq; exaudiri, & ad vestras quoque aures, Il-  
lustriss. Principes peruenire opto. Quem ille, &  
antehac in prefatione Cōmentarij sui ad Ephe-  
sios, conuitijs exquisitis oneravit, & in recentī  
scripto aliquoties nominatim prouocauit, addito  
probro contumeliosissimo, quo me, ceu impostorē,  
homo suarū sibi imposturarū conscius, & ex suo  
ingenio alios aestimans, impudenter traducit.

Nec verò priuata hac iniuria tam moueor  
(cū non eum qui iniustis conuitijs afficitur, sed  
qui petulanter alijs conuiciatur, miser sit) quā  
dolorem ingentē animo meo percipio, quod scri-

ptita



pitacionibus istis Hunianis, gloria Filij Dei, & veritas orthodoxa, adeo proteruè impètitur, & iuuentus tenera falsis opinioibus imbuitur, & Ecclesiis alioqui satis afflictæ tam miserè distrahantur ac dilacerantur.

Atque ego quidem in hac caussa publica, præsertim ab Hunio prouocatus, ne quidem vestrarum Celsitudinum reprehensionem metuendam mihi existimo, si formulam honestissimam iuramenti Attici, quod haud dubie à sanctis patribus acceptum est, sequar: Pro facris pugnabo vel solus, vel cum alijs: Sed ne, quod iustum est, minus iuste persequi voluisse, videri possim: hac ipsa compellatione mea, causam totam ad iudicium vestrarum Celsitudinum defero, & quod in alia quadam ad vos præfatione scripsi, eisdem verbis nunc etiam repeto: Rogare me, qua par est subiectione, & obtestari propter gloriam Christi, Illustriss. vos Principes Landgrauios Hassia, nutricios Ecclesie, ut malo isti, antequam latius serpat, remedium pro excellenti pietate, & sapientia vestra inueniatis, & vulnera Ecclesie sanetis, ac glutinetis. Deinde ne scriptionibus saltem agere contra Hunium voluisse, aut veritati, quam defendere me bona conscientia affirmare possum, vlla ex parte defuisse videar: repeto hoc etiam, quod offeram me ad ea omnia, que pro gloria Christi, &

sti, & veritate doctrinae caelestis, à me fieri pos-  
sunt ac debent: & quòd legitima ratione voca-  
tus ac iussus, ubi res & necessitas postulaverit,  
cum Hunio coram conferre: & vel ipsum melio-  
ra, quàm hactenus fecit, proferentem, audire,  
& de veritate agnita unà cum ipso letari: vel  
doctrinam Confessionis meae ex verbo Dei & con-  
sensu orthodoxae Ecclesiae pluribus confirmare ac  
demonstrare, & falsa refellere, ac refutare pa-  
ratus sim.

Filius Dei, Dominus noster Iesus Christus,  
de cuius causa & gloria agitur, Spiritu suo, Il-  
lustrissimas Celsitudines vestras regat, ac guber-  
net, easq; diutissimè incolumes & florentes con-  
seruet ad laudem nominis sui, Ecclesiae edi-  
ficationem, & Subditorum salutem.

Per scriptum Bremæ Mense Martio

Anno Christi Immanuelis

1591.



INDEX

INDEX EORVM QVÆ  
TRACTANTVR IN HOC  
Libello.

- Pag. 1. Principum quorundam Germaniæ  
studium in sopiendis controuersijs Religionis:  
D. Hunij proteruia in augendis dissidijs publicis.  
2. Scripta Hunij; merè Thraonica ac Sophistica.  
3. Titulus insolens, præscriptus recenti libro Hunij de  
Sacramentis veteris & noui testamenti.  
Maleuolentia in nominibus factiosis inculcandis.  
Scopus præfationis ab Hunio præfixe receti libro suo.  
4. Flosculi libri Huniani: perpetua conuitia: calumniæ:  
cauillationes: Sophismata: Thraonismi: præiudicia ad-  
uersus alios.  
5. Hunij D. principale institutum in fictitia Vbiquita-  
te Carnis Christi stabilienda.

PARADOXA HVNIANA DE  
Vbiquitate in scripto recens ab ipso  
edito.

6. Catalogus falsarum assertionum Hunij in recenti li-  
bro suo, quibus corrumpuntur articuli Fidei, de incarna-  
tione Christi, ascensione in cœlum, & sessione ad dextram  
in cœlo.

Quòd vnicum Corpus Christi diuersos essendi mo-  
dos habeat.

Quòd extra Cœnæ quoque celebrationem, & ante eam  
Corpus Christi vbique præsens sit.

7. Quòd Christi Corpus, locis omnibus exemptū sit.

Quòd modum omnipræsentie illocalem habeat.

Quòd transcendat, contineat, comprehendat, circum-  
scribat loca omnia, & creaturas vniuersas.

8. Quòd Humanit. illocaliter sit, vbicunque LOGOS est.

Quòd ex ascensione, sequatur tantum visibiliter am-  
plius Christum non versari in terra.

Quòd

Quòd Christus secundum carnem locis omni penitissimè liberatus sit, & factus transcendens, imò continens locorum omnium.

Quòd Nestorianum sit, Logon esse in carne, & extra carnem (neglecta phraseos huius ambiguitate.)

Quòd nulla sit distantia inter Carnem Christi, & creaturas omnes.

Quòd inuisibiliter manserit Christus apud eos, à quibus visibiliter discesserit.

Quòd humanitas Christi non contineatur, nec mensuretur à locis, sed contineat & mensuret loca.

Quòd omnia locorum & temporum interualla coram humanitate ad paruitatem vnius apicis, & atomon vnum redacta sint.

10. Quòd hum. Christi non modo possit, sed omnino, & actu ipso præsens sit creaturis omnibus.

Quòd illocalis præsentiæ modus necessariò tribuendus sit hum. Christi: & quòd hæc sit maiestas omnipræsentiæ collata in humanitatem.

Quòd corpus vbique præsentissimum, omnia impleat, transcendat, contineat &c. Et quòd hæc sit diuinissimæ præsentiæ maiestas.

Quòd cælum supra firmamentum, id est tertium illud ab Apostolo sic nominatum cælum, sit Empyreum cælum Calvinistarum.

11. Quòd qui negant cælum de cœlesti gloria & beatitudine intelligendum esse, sint in Theologia rudes & indocti.

Quòd Christus non sit quærendus in loco alicuius creati cœli, ne suspensi relinquamur, ad quam cœlorum plagam nos vertere debeamus.

12. Quòd sensibile & visibile esse, non dicantur necessariò de corpore Christi.

Quòd eiusdem generis sint: quòd Christus se palpari & cerni voluit post resurrectionem: & quòd comedit ac bibit per dispensationem.

Quòd reliqua etiam corpora glorificata in se non futura sint visibilia.

Quòd

Quòd corpus Christi actu simul sit & visibile & in-  
uisibile.

13. Quòd in loco esse possit, & simul sit extra locum.

Quòd circumscriptū sit naturæ suæ terminis proprijs,  
& non sit circumscriptum vlllo loco.

6. & 7. Elogia Iacobi Andreae & Magiri.

8. Quòd qui præsentia Christi secundū Humanit. in Ec-  
clesia: non autē omnipræsentiam docent in omnibus crea-  
turis, ita se inuoluant, vt quid dicāt & statuunt ignorent.

### SOPHISMATA HVNII QVIBVS Paradoxa sua tueri conatur: & horum Refu- tatio Sophismatis singulis subiecta.

#### HVMANITAS CHRISTI VBIQVE.

14. Quia Christi Regnum vbiqve.

15. Quia Christus implet omnia. Ephes. 4.

17. Vt in cœna sacra caueatur ascēsus & descensus cor-  
poris Christi ex cœlo.

19. Quia LOGOS in illocalem hypostasin suam, carnem  
assumpsit.

20. Quia Caro Christi sedet in illocali throno.

21. Quia corpus Christi, etsi est circumscriptum, tamen  
non est locale.

24. Quia circumscriptio localis merè accidentaria est,  
non proprietas quædam SYSTATICA corporis.

26. Quia etsi Christus localiter potest esse & apparere,  
quando & vbi vult, tamen & corpus eius sortitum est præ-  
sentia modum quendam planè illocalem, ex quo pendet  
etiam præsentia in cœna.

30. Quia corpus Christi in vnione non est assumptum  
in locum, Sed in LOGON, seu in ipsam purissimā hypostasin  
verbi, in qua nulla vel cogitari possunt loca.

32. Quia incarnatio est intima plenissimaq; naturarum  
ad se inuicem presentia, non in uno loco tantum, ubi Caro  
est, sed in omnibus alijs locis, quantumuis infinitis.

36. Quia totus LOGOS, tota sua hypostasi in carne existit,  
):( & extra

& extra Corpus nullibi est.

37. Quia in Cœna esse non potest, si sic putetur in cœlū ascendit, ut transnaturali modo non amplius adsit in terris.

44. Quia si LOGOS Constituitur in his terris extra carnem suam, rumpitur vinculum vnionis hypostaticæ.

45. Quia retinendum est discrimen inter ascensionem Christi ad Cœlos : & aliorum Sanctorum, quod tollitur, nisi Corpus Christi tam in Cœlo, quam in terra præsens esse statuatur.

48. Quia Christus promisit præsentiam suam in terris post ascensionem. Matth. 28.

49. Quia Ephes. 4. scriptum est : non in Cœlum, sed supra omnes Cœlos Christum ascendisse.

50. Quia ascensu suo Christus peruenit in eam sedem, quæ est dextra potentia Dei, quæ est ubiq; præsens & omni loco exempta.

51. Quia in ascensu suo omnia sunt Christo tradita in manus, & omnia ei subiecta.

54. Quia Christus postquam consedit ad dextram DEI Apostolis ubique prædicantibus cooperatus esse scribitur per subsequenta signa.

56. Quia Christus in sua exaltatione constitutus est caput super omnia.

57. Quia implere omnia in omnibus ab Apostolo dicitur.

58. Quia scriptum est : Dominabitur usq; ad fines terrarum : & : Dominare in medio inimicorum tuorum.

Ibid. Quia ambulare dicitur in medio candelabrorum, id est, Ecclesiarum Asiae in his terris. Apoc. 1. & 2.

60. Quia si persona LOGOY statuatur extra carnem assumptam, falsum erit, quod LOGOS omni plenitudine Deitatis suæ in carne habitet.

64. Quia quamdiu hypostasis verbi ( à qua vnio dicitur personalis ) constituitur extra naturam assumptam, non potest amplius affirmari, LOGON esse cum humana natura unitum personaliter.

67. Quia in carnatio non definitur existentia verbi extra Carnem, & si innumeris istis locis, (quibus assumpta Caro per essen-

per essentialis proprietate non adest) fingitur LOGOS totus, tota  
sua persona & hypostasi esse extra illam: sequitur, quod  
illis in locis LOGOS non sit incarnatus.

69. Quia LOGOS per assumptam naturam in solio omni-  
presentiae collocata gubernat & administrat uniuersa opera  
Dei, idq; non per absentem, sed praesentem humanitatem.

72. Quia omnia omnino obstacula Christo secundum  
carnem sedenti ad dextram sublata sunt, quae ullam absen-  
tiam vel distantiam inter creaturas & humanitatem parere  
posse videbantur.

73. Quia LOGOS, dum in creaturis agit, humanitatem sibi  
intime praesentem habet: eamq; ad dextram Dei exaltauit:  
& hunc thronum eius, unde dominetur, esse voluit: &  
supra omnia loca euexit: & omne locorum interstitium,  
quod absentiam efficeret, remouit.

75. Quia cum Euangelista inquit: Christus discessit ab  
eis: non de inuisibili, sed de visibili tantum distantia loquitur.

77. Quia coram dextra Dei, & proinde etiam coram hu-  
manitate, in illa dextra Dei supra localitatem omnem euecta,  
loca uniuersa ad indiuerſi apicis paruitatem reducta sunt.

78. Quia Christus, quoad homo est, omnes Creaturas  
sibi habet praesentissimas.

79. Protestatio contraria facto: Quod non utantur Vbi-  
quitarum hisce phrasibus, humanitatem Christi in omnibus  
pyris, pomis, & locis foetidis esse.

81. Quia humanitas Christi non minus in omnibus re-  
bus conditis, quam in Ecclesia citra destructionem essentialis  
suae praesens esse potest, & re ipsa praesens est.

83. Quia onipraesentia carnis, etsi voluntaria dici possit  
respectu primae originis: tamen post unionem & sessionem  
ad dextram immutabilis est.

84. Quia alia ratio est assumptae naturae, quam reliquarum  
creaturarum, quae non sunt in hypostasin unigeniti intromissae.

90. Quia LOGON extra carnem esse, Nestoriana est assue-  
ratio, repugnans reali KOINONIA hypostaseos LOGOY, in qua  
venit humanitas.

93. Quia in humanitate locum non habet localitas:  
ideoq; LOGOY in carne inclusio non sequitur, etiamsi dicatur

); ( 2

LOGOS

LOGOS non esse extra carnem.

95. Quia maiestatis omnipræsentia communicatio collata humanitati præstat, ut LOGOS, etsi nullibi sit extra humanitatem, non tamen sit ea circumclusu.

97. Quia Athanasius extra rerum essentias quidem ait Filium Dei versari: sed nunquam dicere ausus fuit, LOGON esse extra Corpus suum.

99. Quia Athanasius contrarium disertè pronunciat in oratione 2. & 4 contra Arianos.

105. Quia ut LOGOS non est essentialiter extra suum Corpus: si neq; LOGOS extra suum Corpus est.

106. Quia infinitas verbi non est intelligenda de quadam extensione essentia LOGOY, ut quidam verbo excedendi vsi sunt.

109. Quia LOGOS totus incarnatus carnem assumptam suæ omnipræsentia participem reddit.

110. Quia humanitas particeps est omnipræsentia maiestatis citra sui expansionem, quæ tantum in localitate regnat.

112. Quia Deus infinita altitudine omnia loca transcendit & supergreditur: Idemq; etiam de hypostasi filij credendum est, intra quam humana natura assumpta est.

118. Quia duplici modo consideratur humanitas Christi: quatenus est finita: & quatenus est vnita hypostaticè cum LOGO & collocata ad dextram omnipotentia.

121. Quia humanitas in statu exinanitionis locum mutavit, saltem secundum primum modum considerationis.

123. Quia secundum alterum modum considerationis humanitas ADIASTATOS vnita LOGO in infinita presentia & potentia throno præsens dominatur super opera manuum Dei.

125. Quia LOGOS citra ullius localitatis respectum Corpus & sanguine suum nobis manducandum & bibendum dispensat.


128. Quia scriptura etiam de alijs rebus, distinctionibus sumptis adiuersa consideratione presentia utitur, ut de Deo, de Spir. S.

130. De dicto Hugonis falso nominati ab Hunio S. victoris: Corpus Christi habere hanc dignitatem ex vnione, ut simul sit in multis locis.

132. De dicto 1. Cor. 5. vbi Paulus dicit se corpore absentem



sentem, Spiritu præsentem Corinthijs etc.


- 133 De dicto. Quærite quæ sursum sunt vbi Christus est ad dextram Patris.
136. De dictis scripturæ, in quibus dicitur Deus descendere, prospicere, mittere, exandire ex Cælo.
139. De loco Athanasij ex oratione contra greg: Sabellij.
144. De dicto Augustini: si in Cælis locus Dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quarum vita vicinior est Deo.
- Ibidem. An quærendus sit Christus supra, respectu loci.
146. De dicto, Palpate & videte me.
148. De dicto: *iviveto & pavto* 
149. An ascensio fuerit disparitio Christi.
151. De corporibus Spiritu alibus.
153. De apparitionibus resuscitatorum cum Christo.
155. An ex sessione ad dextram Corpus Christi acceperit Inuisibilitatem coniunctam cum omnipræsentia.
157. De dicto: Spiritus carnem & ossa non habet.
159. De manducatione Christi post resurrectionem & diuersis formis apparitionum.
160. An pugnent inter se: Corpus Christi visibiliter alibi e se, & alibi inuisibiliter simul adesse.
161. An quia Corpus in LOGO est, & LOGOS est illocalis, propterea ipsum quoq; Corpus illocale sit,
162. An tollatur contradictio de localitate & illocalitate Corporis Christi per exempla: LOGOS est inuisibilis, & est manifestatus in carne: currus ignei sunt conspicui Elisæ, & puero eius inconspicui: Angelus fuit asinæ visibilis, & Bileamo invisibilis:
165. An vnum sit & maneat Corpus, quod in certo loco sit & nihilominus actu verè sit extra locum.
167. An verè contradicant sibi hæc: Corpus naturæ suæ terminis finitum esse & in dextra Dei implere omnia.
171. An Obiectio de contradictione sit hæreticorum & Diaboli ipsius latibulum.
174. De dicto: Nescitis scripturas & virtutem Dei;

**FINIS INDICIS.**

## ERRATA TYPOGRAPHICA

sic Corrigantur.

Pag. 3. Lin. 2. Pontif. & Caluinistarum arg. Pag. 19.  
 lin. 2. carnem in illocalem hyp. Pag. 24. lin. 7.  
 ἔλονται Pag. 53. lin. 2. in scholio, arctis. & intima.  
 vers. vlt. Caro non ἔλας Pag. 35. Lin. 1. & in hyp.  
 lin. 7. addit l. 8. certè adest, P. 36. lin. 11. vnum  
 hyp. L. 8. in schol. Et eundem. Lin. antepenult. in  
 carne, qua cum. pag. 45. lin. vlt. ad cœlos, & reliquo-  
 rum sanctorum. Id autem discrimen tollitur, nisi Corpus  
 Christi tam in cœlo, quàm in terra. pag. 47. lin. 15.  
 & vt in carne. lin. 19. ornatam omnibus. Pag. 49 lin.  
 8. Ecce rursus non. pag. 56. lin. 2. Super omnia &  
 implere omnia in omnibus. pag. 63. lin. 21. χρίμασι pag.  
 83. lin. vlt. tollatur scholion: Hun. 634. & reponatur  
 ad lin. 5. Hun. pag. 638. pag. 86. lin. 8. moue-  
 mur. lin. 16. & 22. διασασιν pag. 88. lin. 14. carne  
 sua. pag. 91. lin. 19. Nam Paul. pag. 96. lin. 3.  
 περιχώρησι pag. 104. lin. 3. quæ recitet. pag. 112.  
 lin. 18. est & in locis. pag. 116. lin. 14. plene. pag.  
 135. lin. 22. quomodo sit in. pag. 127. lin. 13. ac  
 Corpus Christi. pag. 128. lin. 1. Hun nouam elusi-  
 onem quærit, Se pag. 133 lin. 15. ταυτολογία pag. 135.  
 lin. 12. magnam. lin. 20. Empyreï app. pag. 139. lin. 8.  
 quem ex Oratione contra. lin. 13. illud item. pag. 145.  
 lin. 18. secreta discutere. In schol. lin. 12. definiri à nobis.  
 p. 147. lin. 16. facit accidens. pag. 148. l. 4. Christum  
 duos. pag. 150. lin. 6. ademit. lin. 12. a vobis lin. antep,  
 flagrant. P. 153. l. 10. Origenis. P. 155. l. 5. Christi ex  
 ref. p. 156. l. 6. illas. p. 160. l. 7. quoq; corpus eius. In  
 schol. l. 4. inuisibile: Et (habere) ex scholio transferatur  
 in lineam 21. p. 161. l. 3. Christus. p. 172. l. 14. non tam ad.







# DE SCOPO SCRIPTO-

RVM HVNII.



Um hoc agunt Illustrissi-  
mi Germaniæ principes, (ex  
quorum numero prudentissi-  
mum principem Landgravi-  
um VVilhelmum honoris  
caussa nomino,) vt pijs ac le-

gitimis medijs, vel mitigentur, vel sopiantur  
contentiones, quæ de controuersia Cœnæ sa-  
cræ, itemque de persona Christi, magno pio-  
rum omnium dolore iampridem extiterunt:  
Mirari sanè haud iniuriâ videntur viri boni  
& Ecclesiæ amantes, tantùm sibi licentiæ su-  
mere, D. Egidium Hun, vt non contentus assi-  
duis in Schola & Ecclesia Marpurgensi, aduer-  
sus orthodoxam veritatē, pro defensione dog-  
matis Vbiquitarij declamationibus, tanta  
cum insolentia ac proteruia etiam scripita-  
tionibus suis: At qualibus? Haud certè alijs:  
Quàm merè Thrasonicis & Sophisticis: foue-  
re & augere dissidia Ecclesiæ pergat,

Hunij Scrip-  
ta Thrasoni-  
ca & Sophi-  
stica ad quæ  
finē sint di-  
recta.

Sumat enim in manus aliquis, plæraque  
Scripta, quæ ab annis aliquot proximis, con-  
tra voluntatem Illustriss. Landgrauiorum

A Hassiæ,



Halsia, in publicum edidit Hun, iisque tabernas omnes Bibliopolarum compleuit: an non ex ipsis chartarum istiusmodi inscriptionibus, ac multo magis ex illarum lectione comperiet: hunc velut scopum ei propositum esse, Non ut veritatem explicet, sed ut nouis subinde tenebris eam inuoluat: non ut sanationem controuersiarum, sed ut exulcerationem, exacerbationemq; illarum quaerat: non deniq; ut aedificationi aut coniunctioni pia & salutari Ecclesiarum seruiat, sed ut euerisionem, & distractionem infinitam ac perpetuam, quantum in ipso est, efficiat.

Libelli Hunij De persona Christi: Et commentarius ad Ephesios.

Huius instituti sui, non a pacis, sed contentionis & rixarum spiritu promanantis, specimen exhibuit antea in libellis de persona Christi, & in maledicis & putidis chartis suis, quibus Epistolam Pauli ad Ephesios non tam illustrauit, quam obscurauit; non Apostoli sententiam natiuam explicuit, sed paradoxis suis Vbiuisticis insertis, multis in partibus corruptit: Inuectiuis etiam in dissentientes a se, qui in viam reuocare eum conati fuerant passim infarctis, non ornauit, sed contaminauit.

Libri Hunij de sacramentis v. & n. t. Titulus arrogans, & animi maleuo-

Nunc vero idem suum institutum in recenti libro de sacramentis veteris & noui testamenti, prosequitur. In quo statim, sub initium Tituli, arroganter iactitat, articulum de Baptismo, & Coena Domini per Quaestiones & Responsiones, ex immotis scripturis

ra las

Scriptorum Hunij.

*va sacra Canonice fundamentis solidissime à se pertractatum esse: Confutatis e contra Pontificiorum argumentis, quæ propè uspiam in illorum scriptis occurrant.*

Hunc magnificentum, sed insolentem Titulum; cum legent homines intelligentes ac moderati, quid nisi Horatianum illud secum cogitabunt?

*Quid feret hic tanto dignum promissor hiatus?*

Nisi fortè illud eiusdem Poetæ eis occurrat: *Laudat venales qui vult extrudere merces.*

Nec verò modestiam solùm, sed etiam pacis studium in Hunio ijdem requirent, quòd mox in primo limine petulater eos insectatur, quos in Ecclesijs Evangelicis odioso nomine *Caluinistarum* aduersarios sibi constituit, qui se non Caluini, sed Christi discipulos profitentur, & in tot ac tam diuturnis Pontificiorum persecutionibus, non propter Caluinum, sed propter Christi nomen, odia, arumnas, exilia, supplicia sustinuerunt, atq; etiamnum sustinent.

Tota autem præfatio, quæ octerniones quinque explet, quorsum cõparata est, quàm ut auctoritatem *Recognitorum exemplariũ Augustanæ Confessionis, & Apologiæ* eleuet: memoriam meritorũ *Philippi Melanthonis* extinguat: *Ecclesias Evangelicas* in Papistarum gratiam, aut certè exemplo & more illorum, prorsus

Præfatio  
bri Huniani

A ij

diuellas

De Scopo,

diuellat ac distrahat, : tractationes concordiae quae  
D. Luthero superstitae susceptae fuerunt, ex imis  
fundamentis labefactet?

Flosculi li-  
bri Huniani.

Iam in ipso libro, quorsum illa Zuingliae  
norum & Calvinistarum nomina toties repetita &  
inculcata?

Quorsum Conuitia, maledicta, anathematiza-  
mi in illos, effrenes ac importuni? Quorsum  
calumniæ, quibus aut falsò tribuit illis, quod  
pro suis non agnoscunt, aut sententias ipso-  
rum in alienū sensum detorquet? Quorsum  
cauillationes inanes ac friuolæ, in decerpendis  
hinc inde voculis, & sinistra interpretatione  
deprauandis? Quorsum artes Sophisticae, in  
pratercundis ἔργοις, & arripiendis παρἑργοις,  
& in eludendis potius, quàm verè & solidè re-  
futandis argumentis illorum? Quorsum  
Thrasonicae voces, quibus lectori passim obstre-  
pit, dum ante victoriam sibi triumphos de-  
cernens, confidenter affirmat, argumenta sua  
inuisita esse, & inexpugnabilia, & quae in omnem  
aeternitatem refutari non possint? Quorsum de-  
nique praëiudicia illa intempestiua, quibus ad  
elevantas rationes ac fundamenta aduersa-  
riorum, subinde ingeminat? Has meras nugas,  
offucias, & quisquilias esse, quas dissipare, cuius  
expeditum & perfacile sit?

Quod si de suis plerisque sophismatibus  
dixisset, veritati consentaneè dixisset, ut qui  
totus



totus ex Sophistica, veritati inimica, compositus esse videri possit.

Sed cum non sit nobis propositum, in conuertiendi arenam cum Hunio descendere, in qua vltro palmam ei deferimus: de rebus ipsis, quæ in controuersiam veniunt, breuem saltim indicationem complectemur, ex qua appareat, quæ nouus hic Hunij liber, paradoxa falsa stabiliat, quas Orthodoxæ veritatis corruptelas cumulet, quibus contradictionum laqueis semet ipsum implicet. Copiosiore eius libri refutatione, & ad maledicta ac præstigias singulas responsione, alij, vt spero, in manus sumet, quos, maiori copia doctrinæ, & eloquentiæ Deus instruxit, utpote, quos ipse vel nominatim in elumbibus scriptitationibus suis ad certamen prouocat, vel in sermonibus familiaribus, quasi iam à se victos atque prostratos gloriari, iisque insultare solet.

Ne quidem præstantissimo illi ac verè pio, & nobili viro D. Antonio Sadeeli parcès: cuius vna pagella plus solidæ eruditionis ac pietatis Christianæ in se continet, quam multæ chartæ Hunij, & eius similibus, quæ nihil nisi Vbiquitatem, & omnipræsentiam carnis Christi crepant.

Hoc enim dogma suum de fictitia humanæ nature in Christo Vbiquitate, ceu fundamentum præsentia & *κοινωνία* corporis Christi in Cæ-

Propositio  
& scopus huius  
Responsionis.

Vbiquitatis  
dogma Hunio  
instar Helenæ (pro-

qua bellū ge  
rebāt Græci  
ad Troiam  
propositum.

Catalogo pa  
radoxorū in  
lib. Hunij pu  
gnantium

cum ortho  
doxa doctri  
na de perso  
na Christi.

Triples mo  
do effēdi, vni  
& eidē cor  
pori Christi  
assignatus  
ab Hunio,

Elegium Hu  
nianum de  
Iacobo An  
drea.

na, etiam in hoc suo de Sacramentis, com  
mento verius, quam cōmentario, magno co  
nati obtrudit lectori Hun, vbicunq; vel le  
uissimam occasionem aliquam arripere po  
test. Adeò verum est, quod vulgato prouer  
bio dicitur: *Quod cuiq; curae est, id est ei Tro  
iam capere.*

Sic igitur Hun, mox in præfatione e. 3. b.  
ex vniōne personali & sessione ad dextram Dei, vni  
& eidem corpori Christi, diuersos essendi modos  
(non nisi naturis, toto genere diuersis ac dis  
paratis congruentes) attribuit: localem, defini  
tiuū, & repletiuū. Et huic fundamēto innix<sup>9</sup>,  
ad absurdū de descēsu corporis Christi in actione cœ  
nae euitandum, e. 4. b. Christum, ait, secundum hū  
manitatem quoq; suam. (. i. carnem ipsam Christi)  
iam ante administrationem Cœnae in regno suo vbiz  
locorum præsentem esse, omniaq; implere. Idq;  
inculcat, e. 5. b. Nec fieri, inquit, nec defendi  
sine aperta contradictione posset, vt Corpus Christi  
in Cœna absq; descensu de cœlis verè præsens adesset:  
Nisi Christus secundum humanitatem extra & ante  
te celebrationē Cœnae personaliter (. i. ex vi vniō  
nis personalis) & iuxta modum dextrae Dei præ  
sens foret.

Mirificis etiam laudibus patronos Vbi  
quitatis effert, vt cum Iacobum Andream, c. 7.  
sanctae memoriae virum: Theologum de Christi  
Iesu Ecclesia præclarissimè meritum, omniumq; se  
culorum memoria & celebratione longè dignissis  
mum.

nam: Magium (Theologia Ubiquistica propugnatores) Reverendissimum Theologum vocat. Sed dogma ipsum Ubiquitatis sine rubore in libro ipso clarius exprimit: Cum euerfione manifesta articulo Symboli: de veritate naturae humanae Christi ante & post glorificationem: Et de Ascensione in caelos, quam Gregorius Nissenus, consentiente scriptura & tota antiquitate orthodoxa recte nominavit μετασβαλήν κινήσιν, id est, mutationem loci, seu translationem localem, proprie convenienter naturae humanae Christi,

Nam pagina libri 621. λέγει & inquit, per unionem Corpus, in suam illocalem ἐπὶ δεξιᾷ αὐτοῦ assumpsit: & per adorandam sessionem in illocalem throno dextrae Dei locis omnibus exemit. Et pag. 623. Etsi Christus localiter potest esse & apparere, quando & ubi vult: tamen ex unione & sessione ad dextram Dei sortitum est ipsius Corpus praesentiae modum quendam plane illocalem. Et pag. 624. Utiq; vi unionis & unionem subsequente sessionis, in omnipraesentiae throno, qui est dextra Dei, transcendit Natura Humana, atq; sic etiam Corpus Christi loca ad unum omnia, & hoc respectu non continentur aut circumscribitur locis, sed continet potius, comprahendit, finit, & circumscribit, cum loca uniuersa, tum cunctas quoq; creaturas.

Rursus pagina 626. Ex insegregabili & indistante unione, praesentiae modum quendam est

A 4

Sortita

Corp, Christi  
sti Hun. lo-  
cis omnibus  
eximit.

Modus illo-  
calis omni-  
praesentiae cor-  
pori Christi  
attributus.

Quod corp,  
Christi, om-  
nia loca tra-  
scēdat, & lo-  
ca uniuersa  
& creaturas  
cunctas cō-  
prehendat.

Quod corp,  
illocalem sit  
ubi LOGOS est

Sortita Saluatoris Humanitas, Quo sine vlllo respectu  
Et localitatis possit esse, vbi λόγος est.

Ascensionē  
interpretatur  
de disparatione  
corporis.

Caro Christi  
omni loco  
penitissimè  
exempta.

Caro Christi  
transcēdit &  
cōtinet loca  
omnia.

Bellū intesti-  
nū inter fra-  
tres Cadmaz-

Quod LOGOS  
tantū sit in-  
tra carnem.

Et mox: Ex visibili ascensu Christi in caelos  
hoc tantū sequitur. Quod visibiliter amplius in  
terra non versetur.

Pag. 627. Quia dextra potentiae Dei vbiq;  
praesens est, omni loco penitus exempta: vtiq; ipse  
quod secundum carnē Christus, dum eō eleuatur, hoc  
respectu, Loco omni penitissimè liberatus, & exem-  
ptus orthodoxè creditur.

Et postea: Christus secundū carnē (id est Caro  
ipsa Christi) in dextra maiestatis factus est Trans-  
scēdens imo continens locorum omnium.

Præterea pag. 629. dissentire se ab alijs pa-  
lam ostendit, qui omnipraesentiam illam Caro-  
nis, non concedant esse necessarium consequens ad  
sessionē in dextra Dei, etiā si aliās de praesentia Chri-  
sti secundum humanitatem in Cœna, & in Ecclesia  
rectè, vt ait, sentiant.

Sequētibus etiā aliquot paginis, ex profes-  
so eos, quibus in defensione mādicationis o-  
ralis ipsiusmet corporis, coniunctus esse vide-  
ri vult, oppugnat, & argumenta ac rationes  
iporum refellere studeat. De quo viderint ad  
quos hæc disputatio pertinet, Theologi Helm-  
stadiensēs quos infinitis modis ita sese inuoluere &  
implicare affirmat, vt quid dicant & statuam,  
ignorent ipsi.

Negat autē Hun, & in eo obtinendo fru-  
strā eos laborare asserit pag. 630. Quod λόγος

non tantum sit intra Carnem, sed etiam Extra illam. Idque Nestorianum vocat. pag. 625 & 648.

Negat item inter carnem Christi exaltatam & inter creaturas caeteras διαστασις seu distantiam esse ullam Pag. 630. & 622.

Et rursus pag. 634. & 635. Cum Evangelista Lucas describens Christi in Caelos ascensionem, utitur verbo ἀΐσθη id est, recessit ab eis, et ferebatur in Caelum: non confirmat, inquit, distantiam vel absentiam humanitatis à caeteris in orbe creaturis, sed de visibili loquitur distantia, Quia scilicet visibiliter discessit ab eis, qui inuisibiliter manet cum ijs perpetuo.

Nulla inter carnem Christi et creaturas distantia.

Christus secundum humanitatem visibiliter discessit, sed inuisibiliter in terris mansit.

Pagina 663. repetit κενωφῶνίαις suas & τετρατολογίας: Natura assumpta non continetur à locis, sed potius continet ea, non mensuratur locis, sed mensurat loca.

Quod hum. Christi continet & metiatur loca.

Et pag. 635. Coram humanitate in dextra Dei supra localitatem omnem euecta & elcuata, loca uniuersa ad indiuisi apicis paruitatem reducta & redacta sunt, quemadmodum & uniuersa temporum διασπύματα ad ἄριστον unum.

Locus & tempus respectu huma. instar puncti sunt, cuius pars est nulla.

Et pag. 643. Coram humanitate in ὄψει existente, & ad dextram Dei regnante, uniuersa totius vastissimi mundi loca sunt instar puncti, sicut omnia omnium saeculorum tempora instar indiuisi cuiusdam momenti.

Quod huma-  
nitas nō mo-  
do possit, sed  
omnino sit  
omnipræses.

Illocalis mo-  
do præsentia,  
carni Christi  
assignatur,  
qui sit maie-  
stas omni-  
præsentia di-  
vinissima.

Coelum alle-  
goricum.

Pag. 639. item 358. Contra eos (qui Christum iuxta naturam assumptam posse quidem, si velit, omnibus creaturis presentem esse, hoc autem non immutabilem quandam necessitatem, sed ad liberam voluntatem spectare dicant) disputans, Si quis, inquit, iam post exaltationem ita timidè dicat, Christum, si velit, posse esse omnibus creaturis presentem, Negans interim quod ACTV sit præsens, quid facit aliud, quàm si dicat, Christum, si velit, posse sedere ad dextram Dei?

Pagina 648. Quatenus estimatur humanitas Christi ex unione cum λόγῳ & sessione à dextris Dei, ibi verò **ILLOCALIS** præsentia **Motis** ei necessariò tribuendus est.

Pagina 641. Ubiquitatem Carnis Christi vocat maiestatem omnipræsentia, cuius communicatio collata sit humanitati.

Et pagina 653. Maiestatem nominat divinisimæ præsentia, qua corpus Christi **VBIQUE** præsentissimum in ipsius omnipræsentia throno ac solio omnia impleat, omnia transcendat, omnia contineat, omnia sibi loca subiectione modis omnibus perfecta consumataq; subiecta habeat.

Pag 661. Ridet supremum aliquod Coelum esse. Et hoc Calvinistarum Coelum Empyreum vocat, quod supra firmamentum emineat. Interpretatur autem Coelum, (quod Dei thronum & sedem Scriptura nominat) de Coelesti saltem Dei gloria, beatitudine, maiestate, gaudio & luce inaccessa. Et qui haec negant, y, inquit, sunt in Theologia rudes

des & indocti, non intelligentes quae loquuntur, aut de quibus asseuerant.

Pagina 663. Quaerimus, inquit, Christum, supra, non cogitationibus nostris ex patiendo in locum alicuius *C R E A T I* coeli, In quo sit per essentiae proprietatem corpus ipsius (Ita namque suspensi rez linqueremur, atque dubij ad quam coelorum plagam nos vertere deberemus, ne forte nostra cogitatio aberret ab eo loco coeli, in quo versetur Saluatoris humanitas) sed tum quaerimus illum supra, quando eum consideramus in ipsa dextra Dei, qua nihil altius, nihil sublimius, nihil excellentius, nihil eminentius est, non loci conditione, sed gloriae & maiestatis eminentia.

Hoc quid aliud est, quam irridere articulos Fidei de Ascensione ad coelos, de sessione ad dextram in coelis, de coelo ipso, de reditu Christi secundum humanam naturam ex coelis ad iudicium? Et tanta tamen arrogantia: tantus fastus est Ubiquitici huius Doctoris, ut rudes atque indoctos nominet, quicumque ab ipso dissentiant, vere non intelligentes, ut verba ipsius habent, quae loquatur, aut de quibus asseueret. Sic enim & Apostoli rudes & indocti Theologi fuerint, qui in Symbolo credere nos iusserunt, secundum literam historiae, non autem per allegorias, Christum ascendisse in caelum, ubi nunc sedeat ad dextram Dei patris, & unde venturus sit ad iudicium. Fuerit item Christus, in quo omnes thesauri sapientiae sunt, rudis & indoctus Theologus, qui in precatione iussit nos dicere: *Pater noster qui es in coelis, non autem, qui es in terris, aut qui es in inferno*

Rifus Sardonius contra  
caelum, in quo  
sit Christus  
secundum  
corpus

Et qui precari docuit: *Fiat voluntas tua, sicut in Cælo, sic etiam in terra*: manifesta distinctione Cæli sursum existentis: & terræ, in qua nos adhuc deorsum sumus.

Christū cō-  
medisse post  
resurrectio-  
nē: & palpa-  
bilē ac visibi-  
lē fuisse, eius-  
dē generis  
facit Hun.

Deniq; & veritatem carnis manifestè op-  
pugnās pagina 671. *ὄρατόν καὶ αἰσθητόν, id est, visibile & sensibile esse, de corpore Christi dici posse*. *ἢ αὐτὸ per sese & propterea necessario, διαγίγνεται* *ἢ ἢ negat. Et quod Christus inquit: Contrectate me, & videte me, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut videtis me habere, cum manducatione tibi post resurrectionem confert, quæ per dispensationem facta est.*

Idem repetit pagina 676. *Tangi et videri, inquit, tam non est proprietas ad Essentiam corporis Christi requisita, quàm edere aut bibere.*

Quòd corpo-  
ra glorifica-  
ta futura sūt  
inuisibilia.

Quin etiam pag. 673. *Non dubitamus asserere, inquit, etiam reliquorum glorificatorum corporum hanc esse virtutem & proprietatem πνευματικῶν, ut non necessitate quadam pateant aliorum conspectui.*

Pagina 677. *Negat Actu visibile & actu verum esse axioma: quòd inuisibile esse vnum & idem corpus eodē actu visibile esse in cælo, inuisibile autem in terra, tollat tempore Hun negat sibi identitatem corporis Christi. bi contradicere.*

Contra verò comminiscitur, quod corpus Christi actu simul sit & visibile & inuisibile. *Visibile ubi Christus velit esse visibiliter. Inuisibile & q̄ av-*



top ex proprietate clarificatorum corporum: *Multo*  
 to verò magis, ex vniõne & sessione in throno de-  
 xtrae Dei, ait, Corpus Christi habere imperscruta-  
 bilẽ præsentiæ modũ, quo possit implere omnia &c.

Item pag. 678. Non pugnare, ait, in Theo-  
 logia (nimirum Vbiquistica) quod vnum idemq;  
 corpus Christi potest esse in loco, & nihilominus alia  
 vatione sublimiori extra locũ, quatenus est in illo ca-  
 si persona Verbi.

Sic 679. negat hæc duo pugnare, Corpus  
 Christi naturae suae terminis proprijs esse circum-  
 scriptum: & non esse circumscriptum, respectu il-  
 localis throni dextrae Dei: quod ita explicat, vt sit  
 non circumscribi loco, non capi, non contineri,  
 sed transcendere, capere, continere, & mensurare lo-  
 ca omnia.

Haecenus loca quædam D. Hun recitauimus  
 ijs ipsis verbis, quibus in hoc nouo libro  
 suo Vbiquitatem corporis Christi expressè asserit:  
 Veritatẽ ipsam naturae humanae in Christo, quan-  
 tum in se est, destruit, Ascensionem eius veram  
 id est μετὰ σαβίην ἄνω ἰέναι, & præsentiã corpora-  
 lem in cælo, & reditum eius ex cælo ad iudiciũ  
 negat: Deniq; cælum ipsum ridet, quatenus signi-  
 ficatur locus, qui supra hunc modum aspe-  
 ctabilem emineat.

Rationes verò, quibus hæc non tam para-  
 doxa, quàm θεολογία? manifestas cõfirmã-  
 re nititur, quàm sunt friuolæ & nugatoriæ?  
 quas

Modus præ-  
 sentiæ repleti-  
 uis attribu-  
 tus Corpori  
 Christi.

Corpus Chri-  
 sti circūscri-  
 ptũ, & non  
 circūscriptũ

quas sigillatim, & quidem verbis ipsius Hun recitabimus, & qua fieri poterit breuitate cōfutabimus, vt vanitas talium sophismatum ab omnibus, qui veritatem amant, perspicuè agnosci ac deprehendi possit.

SOPHISMATA HVNII  
PRO VBIQVITATE  
tuenda.

II.

Hun. e. 4. b. in præfatione.

*Christi regnum, inquit, ubique est.  
Christi regnū non modo ad Deitatem,  
sed ad humanitatem quoque pertinet.  
Ergo humanitas Christi ubiq; est.*

Responsio.

Fallacia se-  
cundū quid.

Regnū est  
personæ, se-  
cundū vtrāq;  
naturā citra  
cōfusionem  
proprietatū.

Fallacia cō-  
sequentiæ.

Quasi verò, quæ ad officium Christi per-  
tinent, eodem modo vtriq; naturæ compe-  
tant. Mediator, Redemptor, Saluator est  
Christus secundum vtramq; naturam, sed  
seruata cuiusq; naturæ proprietate. Ita rex  
est iuxta vtrāq; naturā, sed salua proprietate  
vtriusq; naturæ. Nec dominium & regnum  
(ad quod etiam secundum humanitatē Chri-  
stus exaltatus est) corporis ipsius præsentiam  
realem ac substantialem in omnibus locis re-  
quirit. Denique aliud est, Christum se-  
cundum

cundum humanitatem imperium in omnes res creatas accepisse, aliud humanitatem essentia sua corporea in rebus creatis omnibus vbique esse.

Aliud est dominium, aliud praesentia corporalis.

## II.

Hun pag. e. 4. b. in prae fat.

*Paulus Ephes. 4. ait, Christum implere omnia, Ergo humanitas Christi ubiq; locorum praesens est.*

## Responsio.

At verò idem non est, *Christum omnia implere: & quod Hun dicit, humanitatem Christi ubiq; locorum praesentem esse.* Implet Christus donis suis Ecclesiam vniuersam, & membra huius singula, constituens ac conseruans ministerium Euangelij, & efficaciter operans in electis omnibus. Ideò enim in caelis, potenter omnibus hostibus domitis regnat, vt Ecclesiam donis suis cumulet, etiamsi variè ac diuersè ea pro suo arbitrio singulis distribuit. Hanc sententiam verba ipsa Pauli, & tota series istius concionis gignunt: *Vnicuique nostrum inquit, data est gratia pro mensura doni Christi (videlicet quod Christus cuiq; contulit) Quapropter dicit: Cum ascendit in altu, captiuam captiuitatem duxit, Et DEDIT DONA hominibus. Caeterum illud ascendit, quid est, nisi quòd etiam descenderat prius in infimas partes terrae? Qui descen-*  
dis

dit, ipse est, qui etiam ascendit longè supra omnes  
 cœlos, ut impleret omnia. Dedit igitur ipse, alio  
 os quidem Apostolos, & alios Prophetas &c:  
 Et mox. Adolescamus in eum per omnia, qui est ca-  
 pat, nempe Christus, ex quo totum corpus congrua-  
 enter coagmentatum & compactum per omnes sup-  
 peditas commissuras, **EX VI INTUS AG-  
 GENTE** promensura vniuscuiusq; membri, in-  
 crementū capit &c. Nequaquā verò docet Apo-  
 stolus,  $\kappa\alpha\iota\ \theta\upsilon\beta\acute{\iota}\alpha\chi\epsilon\iota\tau\alpha\iota$  tam humanitate, quàm Dei-  
 tate, Christum simul & semel implere loca  
 vniuersa & singula: Quod si ita esset, cur as-  
 censum in altum, & supra cœlos omnes, opposuisset  
 descensui in infimas partes terrae? Vel potius cur  
 cœlum ipsum sublime, & terram, imo partes terrae  
 infimas, inter se opposuisset?

Cur verò coniunxisset hæc? Cuique  
 datam esse gratiam pro mensura doni Christi: De-  
 disse Christū dona hominibus: Implere omnia: Dare  
 alios Apostolos, alios pastores & doctores, ad aedifi-  
 cationem corporis Christi, id est, Ecclesiae: Chris-  
 tū caput esse: Vim Christi intus agere in illo corpo-  
 re: Hoc corpus ex Christo coagmentari. &c. Quae  
 omnia non ad  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \theta\upsilon\beta\acute{\iota}\alpha\chi\epsilon\iota\tau\alpha\iota$  carnis Christi,  
 sed ad dona ac beneficia Christi, regnantis in  
 cœlis, & ministerio verbi sui efficacis in Ec-  
 clesia, & instar animæ, membra singula vege-  
 rantis, ac coagmentantis totum corpus Ec-  
 clesiae Spiritu suo viuifico, describenda per-  
 tinent.

Non

## III.

Hun in præfat. e. 5. b.

*Non fit in Cæna ascensus vel descensus  
Corporis Christi ex cælo.*

*Ergo statuenda est omnipresens, qua  
humanitas Christi etiam extra & ante cele-  
brationem Cæna iuxta modum presentia de-  
xtræ Dei præsens sit.*

## Responsio.

Imò verò neutrum Verba institutionis  
Cænae docent: id est, nec aduentum nouū in panē  
Eucharisticū: nec omnipresentiā in omni pane, aut  
creaturis omnibus. Nam in Cæna sacrosancta  
κοινωνία datur corporis & sanguinis Christi,  
secundum modum donorum Dei, quæ offe- Fallacia &  
runtur in verbo promissionis, à Christo tra- non causa.  
ditæ. Et hæc est vera illa, non imaginaria præ-

sensia Christi in Cæna, quam  
Institutionis verba pro-  
mittunt: De qua & Bren-  
tius olim, antequam pro-  
fundo cæno Ubiquitatis  
se immerfit, rectè sic scri-  
psit: Si corpus & sanguis  
Christi dona sunt; Pro ratione  
igitur donorum distribuentur  
fidei nostræ.

Corpus Christi præses  
est fidelibus neq; per  
descensum è cælis,  
neq; per Ubiquitatē,  
sed per κοινωνίαν sui  
metipsius & beneficio-  
rum suorū; iuxta mo-  
dum donorum Dei  
Spiritualium.

Cur verò Hun per modum dextræ Dei, corpus  
Christi præsens esse fingit, cum in prima Cæna  
B vtpote

utpote in statu humiliatiōis instituta, nondū ad dextram maiestatis exaltatus fuerit Christus secundam humanitatem? Neq; alia nūc corporis & sanguinis Christi communicatio sit quā ea, quam habuerunt in prima Cœna Apostoli?

Quid? Quod neq; Lutherus, neq; Scholastici repleti uū modū præsentiæ corporis Christi in cœna agnoscunt? Nā Lutherus, modum definitiuum, qui spirituum naturæ propriè congruit: Scholastici Sacramentalem modum præsentiæ ponunt, iuxta illud: *Christus in Cælo localiter, ubiq; personaliter: in Cœna Sacramentaliter.* Qui modus Sacramentalis (si rectè explicetur) tam non requirit præsentiā ipsiusmet corporis in eo loco, ubi panis continetur, quā mors & passio, & meritum Christi, & vita æterna, cæteraq; omnia eius beneficia, non insunt pani aut calici Eucharistico, in cuius tamen usu legitimo verè illa distribuuntur fidelibus. Illud autem personaliter Scholasticis, est non humanitatē ipsam ex vi personalis vnionis, sed personam illam, quæ est Deus & homo, ubique esse salua naturarum proprietate.

Præsentiā corporis in cœna per Ubiquitatē iuxta modū dextræ Dei, neq; circūstantijs institutiōis cœnæ cōgruit, neq; cū Lutheri aut scholasticorū sententiā consentit.

Modus Sacramentalis nō est præsentiā corporis ad locū panis.

Personalis præsentiā lōgè aliter à scholasticis, quā ab Huius explicatur.

Logos

IIII.

λόγος *assumpsit carnem illocalem in*  
*υποστασιν suam.*

Hun pa. 621

*Ergo Christi caro per unionem ab omni*  
*localitate absoluta & exempta est.*

Responsio.

Imò verò λόγος *assumpsit carnem,* e-  
tiam in æternam, & essentia ipsa infinitam, &  
spiritualem, omnisque compositionis exper-  
tem, & simplicissimam, & ex substantia pa-  
tris genitam hypostasim suam. Fuerit igi-  
tur, secundum Hunij Sophisma, caro Chri-  
sti, respectu unionis, exempta etiam à tem-  
pore & annorum ætatis numero, itemque ab  
essentia corporea, materiali, finita, compo-  
sita? Imò fuerit etiam ex ipsa Dei patris sub-  
stantia genita? Aut si falsa hæc sunt: Cur nõ  
de unione Canonem Chalcedonensis Symbo-  
li Hun illibatum retinet? *In quo nusquam sub-*  
*lata naturarum differentia propter unionem, sed ma-*  
*gis in ipsa unione salva naturæ cuiusque proprietates*  
*asseritur?* Hoc Canone re-  
tentio, nequaquam sequitur, mutat vel proprie-  
tates, vel essentiam  
quòd natura humana, as-  
sumpta in personã ( in qua  
nec tempus, nec locus est) non sit in tempo-  
re & loco, Quia, aliud est in hypostasim  
του λόγου assumptam esse, aliud proprietates του

Attributa hÿ  
postascos  
του λογου  
nõ sunt transf  
ferenda ad  
carnem.

Vnio personalis nõ  
mutat vel proprie-  
tates, vel essentiam  
naturæ alter utrius.

Fallacia eõ  
sequentis

B 2 λόγου

λογου ex assumptione acquisuisse, id est, carnem assumptam, æternam, infinitam, illocalem, expertem naturæ corporeæ factam esse.

## V.

Hun pag. 621.

*Sed & thronus ille dextræ Dei illocalis est,*

*Ergo per sessionem in throno dextræ Dei Caro Christi locis omnibus exempta est.*

## Responsio.

**F**allacia cōsequētis. Caro neq; per Vni onē mutata est in LOGON neq; per exaltationē facta est dextra Dei. Valeret argumentū, si Caro Christi, thronus ipse Dextræ Dei esset. Aliud est autē definire, quid aut qualis sit thronus dextræ Dei, aliud profiteri Christū secundū carnē, sedere in throno dextræ Dei, Quod non de carne tantum, sed de ipso etiam λογῶ incarnato recte dicitur, vt in enarratione Symboli, siue Cyprianus, siue Ruffinus scripsit: *Ascendit in cælū, non vbi verbū Deus non erat: sed vbi verbū Caro factū antea non sedebat.* Nec verò vna & eadē ratione cōpetit carni Christi, quod personæ τοῦ θεοῦ πρῶτου adscribitur. Quid? quòd *Thronus ille dextræ Dei etiam ab æterno est? Neq; tamen sequitur: carnem Christi ab æterno esse.*

## VI.

Hun pag. 622.

*Distinguen*



*Distinguendum est inter circumscriptum & locale.*

*Ergo etiamsi conceditur, Corpus Christi, ubi ubi tandem est, esse suæ essentiae finibus proprijs terminatū, vereq; circūscriptum: non tamen hinc sequitur, quod loco aliquo, forinsecus ambiente necessario terminetur, & circumscribatur.*

### Responsio.

Hoc verò aliud nihil est, quàm effugium inane & Sophisticum aduersus immotum argumentum, quo ab orthodoxis negatur corpus Christi ubiq; esse, quia *ὅπου ἔστιν* proprietas corporis Christi sit, esse circūscriptū et locale. Et audet tamē affirmare Hun, necessariam esse hanc distinctionē, ut aduersariorum fraus (quemadmodū loquitur ipse, fraudū atque imposturarum Magister) eo manifestius detegi, validiusq; refutari possit. Duplici namque modo inquit, circumscribi dicitur Saluatoris nostri Caro: vel alieno termino loci ambientis: vel proprijs naturae finibus, quatenus non est in infinitum diducta, aut diffusa, aut extensa Christi humanitas, Sed verè proprijs suis dimensionibus finitur ac terminatur. Hæc cum admodum prolixè hoc loco inculcet, & subinde postea repetat Hun, paulò copiosius à nobis explicanda sūt.

Primùm igitur non animaduertit Hun, quantum vulnus suæ causæ eo ipso infligat,

B 3 quod

Locale esse principaliter refertur ad circumscriptionem ipsius corporis, non ad locū ambientem.

Hun cōfundit locum: & quod locale est. Nec distinguit, quod in loco est actu, & potentia.

Cōcesso eo, quod hum. Christi proprijs naturæ suæ finibus circūscripta sit, & maneat, evertitur ab Hunio ipso Vbiquitas carnis: aut fit aperta implicatio Contradictionis.

Circumscriptū, & locale esse: non possunt diuelli.

Locus est accidēs extrinsecū. Locale esse, est propriū corporis & adiunctum necessarium intrinsecum.

Pag. 623.

quòd cum omnipræsentiā Christi tuendam sibi sumserit: *humanitatem Christi volens nolens fateri cogitur, proprijs naturæ suæ finibus ac dimensionibus finitam ac terminatā esse.* Nā habere fines proprios naturæ suæ, & dimensiones, & his circūscribi ac terminari, omnipræsentiæ Corporis Christi ex diametro repugnat: Cum quod omnipræsens est, nullis dimensionibus, nullis finib<sup>9</sup> naturæ suæ terminetur ac circumscribatur. Neq; quod circūscriptū, & dimensionibus naturæ suæ proprijs finitū est, vllō unquam tēpore simul aut semel vbiq; esse possit.

Deinde nō satis accuratē se didicisse Physicā ostendit Hun, cum circūscriptū & locale à se inuicem diuellit: & fraudem nominat, cum coniūguntur, & dextrè explicantur ista.

Scire enim debebat, quādocunq; de corporeis substantijs nominatur *locatio, vel locale esse,* nō tantū dici de spacio, quod corpus recipit & cōplectitur (Hoc enim est aliquid extrinsecū, & alienū à natura corporis, sicut etiā in vacuo, vbi null<sup>9</sup> locus est, tamē Corpus reuera corp<sup>9</sup> esset, etsi nullum esset spaciū ambiēs) Respicit autē *locatio* propriè ac principaliter ipsam formā specificam corporis, videlicet dimensiones; vel poti<sup>9</sup> idē aliquid est cū istis. Nomina enim dimensionum per longū, latum, & profundū, nihil aliud significāt, nisi extensionem, seu locationem partis vnius extra aliam partem.

Itaq; cum postea concedit Hun, *circumscriptio*

*tionem*

ptionem illam, quæ ut ipse loquitur, idem est, quod humana nature finitio, *ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀνθρώπου* eius *ἰδιότητα* esse: re ipsa hoc dicit, quod illi docent, qui corpus vnum quodq; dicunt locale esse. seu locationem habere. Cumq; mox addit, *ἡ ἀνθρώπινη φύσις ἀπομένει ἀεικατασκευασμένη* Semper finitam esse, & manere finitam humanitatis assumptæ essentiam, neq; vnquam fieri infinitam per essentiam, ne quidem in vnione ipsa, & sessione ad diuinæ maiestatis dextram, hoc confirmat, quod illi contendunt, non modo cætera corpora, sed etiam ipsius Christi Corpus perpetuò habere extensiones, vel locationes dimensionū: Et quia Deus nunquam facit cōtradictoria, ex eo inferūt, Corpus Christi ubiq; esse non posse. Nam propositio ista: *Ἄπαντα τὰ σώματα εἰσὶν ἐπιπέδω* Omne Corpus est locabile. vel *ἔχει τόπον* necesse est habere locationem suam: rectè dicitur necessaria esse, necessitate definitionis. Qui gradus est immutabilis, & planè vicinus primo illi gradui necessitatis, in quē collocantur propositiones de Deo. Sicut enim impossibile est, dare contrariam huius propositionis: Deus est verax: Sic Ordo hic sancitus est à Deo, ut immutabilis sit necessitas definitionis & demonstrationis, ne fiat implicatio contradictionum, sed certo possit discerni veritas à mendacio.

Si trigon<sup>9</sup> non habet tres angulos, & tria latera, nō est trigon<sup>9</sup>. Ita substantia, quæcūq; nō habet locaitones dimensionū, seu extensiones & distantias partium in longum, latum, ac

B

4

pro-

Omne circū scriptū est locale, & contra.

Gradus necessitatis definitionū proximus est necessitati absolute.

Res expers locationis nō est corpus

profundum, non est corpus, neque appellari debet corpus. Quæ cum ita sint, *Non est corpus Christi omnipræsens*: Quia in eo quod omnipræsens est, nulla dimensionum differentia, nulla partium locatio est, imò ne partes quidem ullæ sunt, sed essentia simplicissima, καὶ ὁλωσ ὁλονί, quod cū definitione corporis Christi minimè congruit.

## VII.

Hun pag. 622.

*Circumscriptio tamen localis illa, inquit Hun, alieni termini relatione definita, merè accidentaria est, & nequaquam* *ὁυσα τινὴ* *quædam proprietates, ut falsò sibi & alijs persuadet pars aduersa. Potuit quippe Deus, ante rerum creationem, priusquàm ullus esset locus, condere corpus aliquod, idq; sine ullius planè loci forinsecus ambientis adminiculo, conseruare saluum & integrū, quemadmodū vltima totius create machine superficies, loco continetur & ambitur planè nullo.*

## Responsio.

Non est falsa orthodoxorum asseueratio, *Quòd omne corpus sit circumscriptum & locale*: sed falsa est Hunij (de aduersa parte quam sic vocat, persuasio, cui propter ambiguitatem vocis, in loco esse) per calumniam

Locale esse  
& locis am-  
biens: Item  
corpus in

hoc tribuit, quod minimè illi sentiunt: Et nisi contemnit ea, quæ non didicit, consideret propositionem hanc: *Omne corpus est in loco*, veram esse vniuersaliter de locatione intrinseca: De spacio vero ambiente corpus quantum: veram esse, seruata distinctione potentia & actus. Cælum quidem etsi totum, non in loco est actu, secundum Aristotelem, ignorantem loca cælestia extra mundum visibilem, tamen secundum partes suas actu est in loco, vt Sphæræ Inferiores sunt in Superioribus: Totum vero in loco est, potentia. Est autem potentia in loco, seu locale, seu locabile, quod etsi non comprehenditur terminis corporis alicuius ambientis, tamen suis terminis finitur & ambitur. Ac posito aliquo corpore, extra & circa ipsum, etiam illius terminis clauderetur: hoc est, actu esset in loco.

Sic igitur & corpus Christi semper suæ substantiæ terminis comprehenditur, & extra illos nunquam est: ac proinde locale & circumscriptum est, *ubicunque existit, Siue ambiatur, Siue non ambiatur ab alio corpore circumdante.* Nam etsi omninò regio aliqua est beatorum, vbi Christus ad dextram Dei sedet, vbi Enoch, Elias, & magnum agmen eorum, qui cum Christo resuscitati & sublati sunt, viuunt, & dulcissimo colloquio & aspectu filij Dei lætifruuntur: in quam etiam corpora piorum resuscitata olim transferentur: tamen quæ, &

loco esse: Et corpus actu ambiriloco, nõ rectè confunduntur ab Hunio.

Differunt in loco esse potentia vel actu

Hunc locum, id est, cælum extra hunc mundum visibilem, ignorauit Aristoteles.

B s quas

qualis illa sit, assequi satis nō possumus. Ideoque de locis ambiētib<sup>9</sup> corpus Christi & cætera corpora electorū nihil opus est quærere.

Sed quanquam seponatur disputatio de extrinseco respectu corporum, quod ad loca ambientia attinet: tamē rectè nominatur Corpus Christi locale: & semper ita scripsit tota antiquitas, Christum Corporali locatione, esse in aliquo loco, vbicunq; vult. Quod Augustinus de Ciui. Dei, & ad Dardanum dixit: Christum vbique esse: per id quod Deus est: in cælo autem, secundum veri corporis modum.

## VIII.

Hun pag. 622,

*Verūm hæc localis circumscriptio, inquit Hun, nihil obstat omnipresentiæ Christi, ex qua pendet etiam presentia in cæna. Quia etsi Christus localiter potest esse & apparere, quando & ubi vult: tamē ex unione & sessione ad dextrā Dei sortitum est ipsius corpus, presentie modū quendā planè illocalem.*

## Responsio.

At fucus est ad fallendū cōparatus, quòd *prætextu præsentia in Cæna (quæ ad κοινωνίαν seu cōmunionē corporis Christi cū homine pertinet) omnipresentiā humanitatis Christi stabilire*

Tot genere differūt vera præsentia & κοινωνία cor

coꝝ

conatur Hun. Deinde fraudulenter sic loquitur, *Christū localiter posse esse, & apparere, quādo & ubi velit*: quasi non semper nūc in cælo sit corporaliter, ideoq; localiter, & visibiliter.

Ille verò *modus omnipræsentiæ planè illocalis, quē Hun, ait Corpus Christi, ex vnione & sessione ad dextrā Dei sortitū esse*: planè fictiti⁹ & cōmentiti⁹ est, nec solū omni in vniuersū autoritate verbi diuini destituitur, sed aperta etiā cū contradictione opponitur locationi, seu circūscriptioni eiusdē corporis, quam paulò antè in ipsa vnione & sessione Hun concessit.

Nam quia neq; vnio naturā vnitorū tollit: neq; sessio ad dextrā Dei, corp⁹ glorificatū, essētia & proprietatib⁹ specificis spoliat: neq; vllā conditionē ἀντὶ φύσικῶν, .i. naturā euertentē, corpori Christi confert: Et scriptura affirmat, *Corpus Christi* (quod nunquā extra vnionē fuit) *localiter in terra fuisse, in Cælum ascendisse, atque Ibi nūc versari ac conspici, & INDE rediturū esse*: nequaquā locum habere, seu admitti potest, *illocalis eiusdē corporis omnipræsentiæ*, quā Hun, libi ipsi & scripturæ contradicēs, ex vnione & sessione ad dextrā Dei elicere conatur. Cui somnio hanc fidem & confessionē Catholicam ex immotis verbi diuini testimonijs, & ex vnanimi consensu veteris Ecclesiæ meritò opponimus: Nimirum: *quod vna natura, contrarium quid & diuersum non recipiat in se ipsa, vt præclare Vigilius scripsit*:

*Diuer-*

*poris Christi cū fidelibus: & omnipræsentiæ generalis, eaque fictitia humanitatis Christi.*

*Illocalis modus omnipræsentiæ carnis nusquā docetur in scripturis. Imò repugnat expressis scripturis & articulis fidei.*

*Posita localitate seu circūscriptione corporis actū: tollitur re ipsa illocalitas: & illocalis præsentiæ eiusdem corporis mod⁹ fictiti⁹.*

Vigil. lib. 4.  
cōtra Euty.

*Diuersum est autem, & longè dissimile, vt idem ille, non Dormilius Iacobandreas, Sed Vigilus Orthodoxus, ait, circumscribi loco, & vbiq; esse: & quod eiusdem sententiæ est, localiter alicubi esse, & simul alibi illocaliter implere loca omnia.*

*Quare non vni eidemq; corpori Christi, sed personæ huic, quæ Deus & homo est, non secundum vtramq; sed secundum alterutram naturam, Seruata cuiusq; proprietate, hæc planè contraria competunt: Localiter præsentem esse alicubi, & modum omnipræsentiae illocalem habere. Nam quia verbum*

*Diuersi respectus rectè adhibentur, cum de persona Christi agitur: in qua sunt naturæ duæ distinctæ ac diuersæ: Non autem congruunt vni & eidem corpori Christi, quod actu simul non potest esse tale: & non tale.*

Nazianz. ad  
Cledon.

*vbiq; est: Caro autem eius vbiq; non est, apparet vnum eundemq; Christum vtriusq; esse naturæ: Et esse quidem vbiq; secundum naturam diuinitatis suæ: Et loco contineri, secundum naturam humanitatis suæ. In quam sententiam & Nazianzenus: Docemus eundem Christum passibilem carne, & impassibilem diuinitate, circumscriptum Corpore, & incircumscriptū Spiritu, visibilem & inuisibilem, qui loco continetur & loco non continetur.*

*De localitate verò corporis Cyrillus de Trinit. dialogo 2. Si, inquit, natura diuina partitionē reciperet, intelligeretur & Corpus. Si autē hoc: (id est, si Corpus esset) in loco omnino, & magnitudine*

*dine*



dine & quantitate esset. Augustinus in Iohannem tractat. 30. Corpus in quo Dominus resurrexit, in vno loco esse oportet (Sic enim rectè Gratianus apud Augustinum legit) Veritas autem eius vbi que diffusa est. Idem Augustinus de essentia diuinitatis: Dei filium secundum substantiam diuinitatis suae inuisibilem, incorporeum, & immortalem, & incircumscriptum nos credere & confiteri oportet: Iuxta humanitatem verò, visibilem, corporeum, localem, atq; omnia membra humana, veraciter habentem, credere conuenit & profiteri.

Et ad Dardanū agēs de corpore Christi glorificatione: Spacia locorum tolle corporibus & nusquam erunt: Et quia nusquam, nec erunt. Et de orig. animae cap. 3. Corpus non est, nisi quod per loci spaciū aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur, vel mouetur, vt maiore sui parte, maiorem locum occupet, & breuiore, breuiorem, minus sit in parte, quàm in toto. Et rursus: Omnia quippe talia, maiora sunt in maioribus locis, & minora in minoribus, & nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed vt sunt partes locorum, ita occupantur partes corporum.

Hæc testimonia omni exceptione maiora, illocalem illum Omnipræsentia corporis Christi modum ita fortiter iugulāt, vt, quamuis hoc commentum suum, & quæ ad id probandum sophismata affert, subinde alijs atq; alijs verborum ampullis Hun inculcet, nunquam tamen cum articulis Fidei, & veteris Ecclesie confessione Phantasias illas suas  
conci-

concordaturus sit. Non enim noua argumenta sunt, sed crambe iterum atq; iterum recocta, cum sic argutari pergit.

## IX.

Hun pag. 623. & 624.

*Corpus Christi assumptum est in unione, non in aliquem locum (Sic enim locus aliquis esset eius assumptionis terminus, eademq; maneret perpetuo affixum, siquidem è termino, in quem assumitur, non emouetur amplius) Assumptum autè est in ipsam purissimam hypostasim uerbi, in qua nulla vel cogitantur saltem loca, utpote quæ ab omni eternitate fuit extra locum, nec postquam creatus est locus, cœpit unquam eo contineri. Per sessionem quoq; ad dextram verè exaltata est Christi humanitas in throno illo cali.*

*Ergò vi unionis, & unionem subsequente sessionis in omnipresentis throno, quæ est dextra Dei, transcendit corpus Christi loca omnia, nec continetur hoc respectu aut circumscribitur loco ullo, sed continet potius, comprehendit, sinit, circumscri-*

*bit*

bit cum loca vniuersa, tum cunctas quoque creaturas.

### Responsio.

Quis non animaduertat Hunium pueriliter hallucinari, admissa fallacia pluriū interrogationū, cum aliud sit quærere de termino, vt ipse loquitur, vniōis, qui non est locus aliquis, sed hypostasis του λογου, aliud verò de essentia & proprietatibus singularum naturarum in ipsa vniōe. Nam natura assumpta talem habet ordinē dependentiæ ad λόγου assumptē, vt subsistat in verbo, & verbi sit propria: Et vt ne quidem esset, nisi sic assumpta esset. Interim tamē manet carne & ossibus prædita, manet finita, circumscripta, localis, & visibilis. Hanc essentiam suam, & proprietates perpetuas non deponit ne quidē in gloria, qua sedet, id est regnat ad dextrā Dei, Cuius sedem ait scriptura in cælis esse, non in terra, non apud inferos.

Quòd si corpus Christi, secundum fictitium respectum illocalitatis Hunianæ, iam non contineri loco vlllo, sed cōprehendere, finire, circūscribere dicatur, non modò loca vniuersa, sed etiam cunctas creaturas, quid nisi merus Eutychnismus introduceretur? Cū soli atque vni essentiæ diuinæ competat Continere & comprehendere omnia? Contra verò, quantumcunq; sit corpus vel corpusculum, necesse sit, vt loci occupet spacium.

In hypostasi assumi, nō est fieri illocalē, aut cæteras proprietates hypostaseos του λογου inducere.

*cium, eundemq; sic impleat, vt in nulla eius parte sit totum.*

Sed ne suis quidem finibus terminabitur corpus: nec cœlo vsq; ad diem restitutionis omnium continebitur, si cœlos, si firmamentum, si aërem, si mare, si terram, si creaturas omnes, quæ in his continentur: Imo si infernū ipsum intra se contineat. Quam contradictionem non tollet diuersorū respectuū consideratio in vno eodēq; corpore: Quod si actu finitū est ex natura veri corporis: nunquā ab vnione personali, aut sessione ad dextram Dei, accipere potest, vt actu simul sit infinitum ac omnipræsens: Quia accipere non potest, vt quòd corpus reuera est, corpus esse desinat.

## X.

Hun pag. 625.

*Incarnatio describitur intima plenissimāq; naturarum ad se inuicem præsentia, adeoq; non tali existentiā λόγου in carne, vno duntaxat eo loco, vbi caro est, secundum proprietatem essentia, vt interim in infinitis alijs locis sit extra carnem. Sic enim totus λόγος, quia partem, extra partem non habet, tota sua hypostasi, adeoq; omni plenitudine Deitatis esset extra Carnem, Qua  
ratio-*

ratione dissolueretur Unio, & hac Nesto-  
riana introduceretur inter naturas διασάβη  
gratia cuius in innumeris locis esset extra  
naturam à se assumptam.

Ergo humanitas Christi ex hac insegre-  
gabili & indistante unione, modum quen-  
dam præsentiæ sortita est, quo sine ullo respe-  
ctu localitatis possit esse, ubi λόγος est.

### Responsio.

Re cōtē definitur hy-  
postatica unio, personali  
inhabitatione του λογου in  
carne. Estque incarnatio  
intima & plenissima natura-  
rum ad se inuicem præsenti-  
æ sed inhabitatio ac præse-  
ntia ista nequaquam coe-  
xistentiam naturarum tam  
lem complectitur, ut ubi-  
cunq; sit λόγος (quod im-  
propriè tamen sic dicitur,  
cūm LOGOS non sit in lo-  
co per partes, sed simul  
& semel ubique sit, quia  
cōtinet loca omnia) ibi quoque Caro sit. Sed  
naturarū coniunctio eiusmodi est, ut ubicun-  
que sit Caro, ψιλου ἄνθρωπου Caro sit, sed ca-

Fallacia secundum  
quid. Etiam in arctis-  
sima, intima uni-  
one hypostatica,  
agnoscendus est Chri-  
stus in duabus natu-  
ris inconfuse, immu-  
tabiliter, indiuisè, in-  
separabiliter, natura-  
rum differentia nullo  
modo sublata prop-  
ter unionem, sed po-  
tius seruata proprie-  
tate utriusq; natura-  
& in vnā personā  
& hypostasin con-  
currente.

IO TOY LOGOY propria, & hypostasi TOY LO-  
GOY, subsistat. Hanc appropriationē carnis &  
subsistentiæ naturæ assumptæ in hypostasi TOY  
LOGOY, qui negat, *is unionem dissoluit, & Nesto-*  
*rianam & iacobip naturarum inuehit:* Non au-  
tem, qui Vbiquitatem Carnis negat quæ  
nihil ad unionem personalem abdit, Si adlit:  
Nihil detrahit, Si absit, vt certè adest, teste  
vniuersa scriptura.

**Coexistētia**  
siue in vno,  
siue pluribus,  
siue om-  
nibus in  
locis non  
constituit v-  
nionem hy-  
postaticam.

Nam siue vno in loco, siue omnibus in lo-  
cis simul esse, neutiquam personam vnā ef-  
ficat. Simul est Deus, vbicumque Angeli &  
homines beati sunt in Cælo, & renati ac san-  
cti in terris: imo vbicumque creatura vlla est  
vno aliquo certo in loco collocata. Neq; ta-  
men Deus cum beatis angelis & hominibus  
in illa cœlesti consuetudine, neque cum re-  
natis in hac vita, neque cum creaturis alijs  
personæ vnus rationem habet. Vbique au-  
tem simul sunt æternus Pater, Filius, & Spiri-  
tus sanctus propter essentiæ vnus, eiusdem-  
que infinitæ identitatem. Sed non sunt vna  
persona, Pater, Filius & Spiritus Sanctus,  
quātumuis intima & plenissima *περιχωρησει*  
pater in filio, & filius in patre sit, & S. San-  
ctus in vtroque.

Quamobrem, Si modus coniunctionis  
naturæ humanæ cum diuina, nō alia re, quàm  
præsentia vtriusque naturæ, siue in loco cer-  
to, siue vbique, & omnibus in locis nitere-

TUR

tur, ne esset quidem hypostatica unio, quæ  
 (quomodocunque se habeat unius aut alterius  
 nature, ratione locorum, existentia) in  
 eo proprie consistit, quod natura assumpta  
 τοῦ ΛΟΓΟΥ assumptis ita facta est propria, ut  
 ΛΟΓΟΣ cum ea unum sit hypostamenon, non au-  
 tem ut natura ambæ, pariter aut finitæ, aut  
 infinitæ, vel in sese, vel alterius respectu, eua-  
 dant. Nec tollitur, aut imminuitur illa uni-  
 us ὑπὸ τῆς ἀνωπυ subsistentia, etiamsi antè & post  
 glorificationem natura humana circumscri-  
 ptionem suam retinet, secundum dimensiones  
 corporis finiti & organici: Imò etiam secun-  
 dum loci ambitum, qui ut continens ad con-  
 tentum: Sic ad proportionem membrorum  
 corporis, & dimensiones, se correlatiue ha-  
 bet, & necessario. Quod de terrenis locis,  
 quæ subinde mutavit Christus, in alias atque  
 alias regiones Palestinæ profectus, ante glo-  
 rificationem manifestissimum est.

Specificæ  
 differentia  
 discernens  
 unionem hy-  
 postaticam,  
 ab alijs mo-  
 dis præsen-  
 tiæ, est quod  
 natura as-  
 sumpta, non  
 assumpta,  
 constituit cum  
 ΛΟΓΟ assu-  
 mte unum  
 hypostata-  
 menon.

## XI.

Hun pag. 625:

*Sed totus ΛΟΓΟΣ, inquit Hun, incarnatus  
 est, ut tota sua hypostasi in Carne existat.*

*Ergo ΛΟΓΟΣ extra corpus nullibi est.*

Responsio.

Imò verò utrūq; verū est dextrè intellectū:  
 quod totus ΛΟΓΟΣ in carne sit, & quod idē ΛΟΓΟΣ

6 2 totus sō

Ignoratio E-  
 lenchi Non  
 pugnant in-  
 ter se: LOGO  
 esse in carne  
 per unione  
 hypostaticā:  
 eundē esse ex  
 tra carnem,  
 per infinita-  
 tē essētiæ, nul-  
 lo loco inclu-  
 sã, nullo lo-  
 co exclusã.

sit in sinu patris, & creaturis omnibus. Nam quia  
 essentia TOV LOGOV infinita est, non ita est in  
 carne LOGOS totus, vt alibi totus esse de-  
 sinat: Cū infiniti sit hæc proprietas, Sic totu-  
 tum esse in omnibus: vt simul totum sit extra  
 omnia.

Ignoratio E-  
 lenchi Non  
 pugnant in-  
 ter se: LOGO  
 esse in carne  
 per unione  
 hypostaticā:  
 eundē esse ex  
 tra carnem,  
 per infinita-  
 tē essētiæ, nul-  
 lo loco inclu-  
 sã, nullo lo-  
 co exclusã.

Aliter verò LOGOS in carne: aliter in  
 creaturis: aliter in Deo patre totus est. In  
 carne, vt cū eam sibi propriam fecerit, v-  
 num cum ea ὕφιστάμενον constituat. In crea-  
 turis alijs, vt non sit cū vlla earum vnū & hy-  
 phistamenon, sed vt certo modo, & gradibus  
 in eis sit efficax: In patre ( à quo & ipso di-  
 stinctam habet hypostasin ) vt cum eo essen-  
 tiæ eiusdem, & maiestatis, ac gloriæ eandem  
 prorsus communionem habeat.

Ignoratio E-  
 lenchi Non  
 pugnant in-  
 ter se: LOGO  
 esse in carne  
 per unione  
 hypostaticā:  
 eundē esse ex  
 tra carnem,  
 per infinita-  
 tē essētiæ, nul-  
 lo loco inclu-  
 sã, nullo lo-  
 co exclusã.

Ambigua autem est phrasis illa, cuius  
 ἀμφιβολία Hun & sese turbat, & alios fal-  
 lere conatur, quod LOGOS sit extra carnem. Ea  
 enim phrasis si sic accipiatur, quasi LOGOS de-  
 ferat vnquam quod semel assumsit: aut cū  
 in creaturis aut in sinu patris totus esse dici-  
 tur, non totus in carne esse, neque inhabita-  
 tione sua in carne, vnū cū ea hyphistamenon  
 constituere intelligatur, falsum sanè est, hoc  
 modo LOGON extra carnem esse. At salua  
 hac in habitatione verbi in carne, quæ cum  
 ea personam vnā constituit, neutiquam  
 sic in carne est, vt extra, seu præter eam, non  
 sit.



fit præsens aut creaturis alijs, aut patri, cum quibus tamen, nunquam, & nusquam fit vnum hypostamenon. Quia enim infinitæ essentiæ est LOGOS, sic est in carne totus, vt simul totus sit vbiq̃ue. Quod nisi sic esset, infinitus non esset; sed aut circumclusus in corpore, vt Athanasius inquit, aut corpus in partem cum LOGO infinitatem redactum esset.

## XII.

Hun. pag. 626.

Obijcit autem Hun articulum de ascensione Christi, & tamen, ne obiectionis huius, qua premi se intelligit, à quibusuis animaduertatur, miscet disputationem de præsentia corporis Christi in Cœna, Quam eandem cum Omnipræsentia carnis statuit, aut certè ab hac dependere illam putat.

Dicit scriptura (inquit) Christum corpore suo ascendisse in cælos, Quomodo ergo potest esse in Cœna? Ac mox ad Vbi-quitatam Corporis relapsus: Ex visibili ascensu Christi in cælos (inquit) hoc tantum sequitur, quod visibiliter amplius in terra non versetur. Id quod sine difficultate, aut tergiversatione largimur ipsi.

C 3

Hinc

*Hinc verò non conficitur, Christum corpore seu humanitate sua nullo prorsus modo, ne quidem invisibili seu transnaturali seu caelesti amplius adesse.*

### Responsio.

Negantes  
præsentiam  
Corporis  
Christi in ter-  
ris quòad si-  
rum loci, nō  
negāt omnē  
illius præse-  
ntiam in vni-  
uersū, cū  
præsentie  
vox sit æqui-  
voca.

Hic verò præuaticatorem agit Hun, cū negantes Ubiquitatem, & coexistentiam substantialem corporis Christi ad locum symbolorum (quam sub appellatione inclusionis localis in pane, formula concordie inter D. Lutherū & superioris Germaniæ Theologos inita, nō minus reijcit, quàm transubstantiationem, & durabilem coniunctionem extra usum Cæne) insimulat, quasi **NULLO** prorsus **MODO** Christum corpore suo **NOBIS** amplius adesse sentiant: fraudulenternimirum dissimulans, quomodo orthodoxi, Corpus Christi absens, quomodo præsens esse dicant. Absens est nobis loco, seu quod idem est, situ loci in his terris: Sed vt, omnia dona ac beneficia Cælestia fidei nostræ præsentia sunt in verbo promissionis, quo illa nobis offeruntur: Sic corpus quoque Christi, & huius *non vici* præsentissima nobis sunt in promissione Euangelij: Cuius sigilla sunt: Sacramenta instituta diuinitus.

Talis est autem hæc præsentia, non vt carnem suam Christus, substantialiter aut corporaliter in his terris, post ascensionem, hoc  
aut

aut illo loco sistat ac staturat, aut corporibus nostris misceat, Sed ut nos membra sui corporis faciat, & tanquam surculos fide ipsi insertos gestet, viuificet, ac seruet. Quam praesentiam Christi & vnionem nobiscum, *Grillus*, (quem *Apologia Augustanae Confessionis* citat) Coniunctionem nostri cum Christo secundum carnem vocat, qua Christus sic Vitis nostra est, ut nos simus Palmites, qui vitam inde nobis acquirimus: Item, qua multi vnum corpus sumus in Christo, & Christus corporaliter ac participatione naturali in nobis est, & habitat. Quod non de modo aliquo naturali aut corporali intelligendum est, sed de obiecto vnionis, id est, quod vniamur Christo, etiam secundum humanitatem, extra quam nunquam copulari possemus cum diuinitate.

Huius ergo praesentiae & vnionis seu communionis testimonium & organum esse Cœnam Domini, cum nequaquam negent orthodoxi, falsò eos accusat Hun, de negata omnibus modis praesentia Corporis Christi in Cœna.

Quòd autem de inuisibili & transnaturali, ut loquitur, ac Cœlesti modo praesentiae corporis Christi dicit, Ubiquitatem cum speciali illa & viuifica praesentia ac communiōne, iterum confundens: meræ sunt, ut alibi Hun loquitur, offuciae ac praestigiae.

C

4

Sentie

Præsentia  
communionis, seu applicationis  
& insertio-  
nis per fidem  
& spiritum

Sentire enim naturale atque essentialiter ubique esse in Creaturis omnibus, sed inuisibiliter tamen hyperphysicè & repletiuè: Nec videt, de modo rei frustra disceptari, priusquam de ipsa re constet. Nondum autem euincere potuit ullo scripturæ testimonio, Christum carne & ossibus suis, quæ sunt substantiales partes corporis, ubique præsentem esse, & vel pluribus simul, vel omnibus in locis, corpus suum sistere velle. Temerè igitur modum sibi fingit, de quo multo minus è scriptura testimonium proferre, aut sine contradictione sententiam suam explicare potest.

**Implicatio cōtradictionis in modis Hunianis.** Nam *modus ille hyperphysicus, quem sic nominat Hun, potius antiphysicus est, cū sit contra naturā & definitionē corporis vere humani circumscripti, organici, figura, forma, & lineamentis certis præditi, in quo singulæ partes propriam suam proportionem, conformationem, magnitudinem, ordinem inter se, & situm habent, ac retinent, neque vna pars est id, quod est altera, neque ibi esse potest, vbi est alia.*

**Modus repletiuus tantum diuinitati competit.** Per *Cælestem verò modum, si repletiuum intelligit: proprius ac peculiaris is est vni ac soli essentiæ diuinæ: vt dicitur: Enter præsonter DEVS hic & ubique potenter, Qui versus, de infinita*

Frustra disputat Hun, de modo Ubiquitatis, antequam ipsam Ubiquitatem Carnis Christi euicerit.

infinita & æterna Dei essentia tantum, non autem de re vlla creata, siue spiritualis illa sit, siue corporalis loquitur.

Errat autem Hun, si fictitias suas distinctiones, visibilis & inuisibilis presentie Corporis obtrudere se posse putat, hoc prætextu: quod etiam Orthodoxi, cum de presentia corporis in usu Cœnæ differunt, presentie modos distinguunt, vt ascensionem Christi ad Cœlos ostendant, non obstare presentie & communioni corporis cum fidelibus.

Cum enim idem & vnicum Christi corpus, tum in Cœlis nunc abesse, tum nobis hic in terris dari (ac proinde eo, quo datur, modo adesse) dicatur: presentiam quidem corporis Christi duplicem agnoscunt orthodoxi, sed non vt Hun, ad vbiuitatem fictitiam suam stabiliendam, neque eadem, vt ille ratione. Neutiquam enim, presentiam dicunt: *Aliam quandam illocalem, inuisibilem, infinitam* (quæ qualitates veritatem humani corporis, quantumuis hyperphysicè glorificati, necessario destruunt, vtpotè non hyperphysica, sed antiphysica) *aliam verò Localem, visibilem, & finitam* (quibus qualitatibus spoliatum corpus quantumuis glorificatum, Corpus esse desierit.)

Interim tamen modos presentie sic distinguunt, vt *alium spiritualem & mysticum esse fateantur, in spirituali & mystica Christi & Ecclesie*

Alia ratione orthodoxi: Aliter Hun distinguit modos presentie.

Modi Huniani fictitij & contradictorii.

Presentia spiritualis est vnio illa Christi & Ecclesie: de qua

sic

Apostolus inquit Ephes. 5. Mysteriū magnū est. Hæc locum corporis Christi non mutat.

Præsentia propriè sic dicta corporis Christi, qua sola sistitur alicubi secundū veri corporis modum.

Hun in ipsis terris duplicem præsentiam corporis statuit, & articulū de ascensione evertit.

aliqui  
falsum  
in  
loco  
sup: ut

sic unione: per fidem, & habitantem in Christi corpore, & in nobis spiritum eundem, qui unionis illius secundum carnem, nexus & vinculum est (secundum quem modum, nec corpus Christi multiplicari, nec Deitatis substantiæ infinitæ, & ubique præsentis æquari, nec molem carnis & ossium extendi, denique nec pluribus simul locis, nec alicubi, quàm in Cœlis statui, ad veram ipsius noivēviā oportet.) Alium vero fatentur nature corporeæ, quocunque loco & tempore (ex immutabili necessitate definitionis verè humani, & organici, suo loco ac dimensionibus circumscripti corporis) convenientem: secundum quem ut Vigilius contra Eutychem scripsit, sicut à Cœlis aberat, quando in terra fuit, Ita nunc, quia in cælo est, non in terra est.

Hun autem, cum ex ascensu Christi ad Cælos hoc tantum sequi contendit, quòd visibiliter in terra amplius non versetur, sic tamen ut invisibiliter adhuc in terris Corpore suo maneat: An non cæterorum Ubiquistarum more, apertum & manifestum fidei Christianæ articulum reipsa negat? Non enim vera Ascensio fuerit, si inane tantum & imaginarium spectaculū fuit usq; ad nubes, ut Brentius & Jacobus Andreas sensit, aut si, ut Musculus scripsit, disparitio tantum corporis fuit, & si, ut Hun cum istis consentiens fingit, Christus corpore suo substantialiter, sed invisibiliter, & illocaliter in cælo fuit, antequam eò visibiliter ascenderet: &

& postquam ascendit, substantiali eiusdem corporis quò ad situm loci praesentia; non minus verè, quàm antea, in terris mansit?

At longè aliter Lucas (cuius laus est in Euangelio) qui disertè exprimit, quid per ascensionem intelligi velit: *Discessit ac segregatus est ab eis, & ferebatur sursum in caelum. Et: Hic Iesus qui sursum receptus est à vobis in caelum, ita veniet, quemadmodum conspexistis eum proficiscentem in Caelum.* Nemo autem se eo confert, Vbi antea re ipsa praesens est corpore suo: Nemo inde discedit ac separatur, vbi corpore suo manet.

Longè etiam aliter Scriptores veteres, & Ecclesia antiqua universa ascensionem intellexerunt: Quae, verba articuli in symbolo propriè, simpliciter, & absq; vlla seu figura seu allegoria, seu dispensatione extraordinaria, interpretata est de migratione, seu translatione locali corporis, ut penè infinita illorum dicta testantur, quibus clarè atq; expressè affirmant, *Christum suo in Caelos ascensu, corporali discessione mundum reliquisse: Corporali praesentia iam nobiscum non esse: praesentiam corporalem nobis abstulisse: Corporis praesentiam subduxisse: Corpore, Carne, secundum corpus, secundum carnem, secundum praesentiam corporis, secundum praesentiam carnis à nobis recessisse: per id, quod homo est, à nobis abiisse: secundum humanam substantiam dereliquisse terram: abstulisse ex hoc mundo naturam, quam suscep-*

Vera sententia articuli de Ascensione.

Narrationes historicae sunt rerum, quae verè ita eueniunt: Ideò retinendus est intellectus simplex quem monstrat litera seu Grammatica.

Refutatio Sophis.

susceperat ex nobis: per formam serui, quam à nobis abstulerit in cælum, absentem esse: & quia in in cælo sit, non esse amplius in terra: dereliquisse terram, cum ascendit in cælum: à nobis peregrinari: Corpore à nobis separatum esse: in Cælo detineri usque ad vltimum iudicij diem.

XIII.

Hun pag. 626. & 627.

Sed Hun Cramben suam, de phrasi ambigua (extra carnem) reponit: Si Christus inquit, Corpore seu humanitate sua, nec visibiliter, nec inuisibiliter amplius in terra versatur: Constituitur λόγος in his terris, extra suam carnem: & inter ipsum λόγος & naturam assumptam hac introducitur heretica διασάβη, qua λόγος fingitur in omnibus locis, (quibus non adest Caro, per proprietatem essentie sue humane) extra illam subsistere, & quidem λόγος totus (partem enim extra partem non habet.) Quæ ratione vinculum vnionis hypostaticæ necessario rumpetur.

Responsio.

Atqui iterum atque iterum respondeo, Fallacia cō- Nequaquam, vt Hun argumentatur, vinculum vnionis hypostaticæ rumpitur, etiamsi sequentis: human-



humanitas Christi, euecta iam in Cœlos, ante diē extremū corporaliter in terris nō sistatur. *Fallacia secundum quid.*  
*Non enim LOGOS omni modo extra suū corpus erat, id est separatus & seiunctus à Carne sua ( quemadmodum phrasin illam intelligit Hun )* Neque sic extra carnem LOGOS subsistebat, vt Caro non haberet ordinem seu depēdentia à LOGO, seu subsistentia suā in LOGO: & LOGOS ipse vnum hypostamenon cū carne assumpta non constitueret: quando post conceptionem ( in qua initium factum est incarnationis ) Caro Christi in utero tantum Mariæ virginis fuit, nō extra uterum, in Herodiade, aut alijs puellis, siue visibiliter, siue inuisibiliter. Sic & post Natiuitatem ex virgine, vnio personalis verè constabat, etiamsi vno certo loco, idque visibiliter tantum, non autē inuisibiliter omnibus in locis simul, Christus suo Corpore præsens erat: vtcunque LOGOS ( propter infinitatem essentia ) & in Corpore suo, hypostaticè sibi vnito, & alijs rebus omnibus, quæ extra Corpus Christi reuera erant, denique & in sinu patris inuisibiliter, & quidem totus vbique præsens fuit.

## XIIII.

Hun pag. 627.

*At non tollendum est, inquit Hun, discrimen inter ascensionem Christi ad Cœlos,*

hos quàm in terra presens esse statuatur.  
 Quia Scriptura docet, quòd solus Christus,  
 cum ascenderet iam in cœlos, promittere po-  
 tuerit, se fore cum discipulis suis, usque  
 ad finem mundi: & quòd solus ipse ascēde-  
 rit, non ut reliqui sancti simpliciter in Cœ-  
 los, sed singulari priuilegio supra omnes Cœ-  
 los, ut impleret omnia. Quæ sublimitas  
 est illocalis illa maiestas, quâ in throno Dei  
 sedens, transcendit uniuersa loca, & sic præ-  
 sens omnia administrat in Coelo & in terra.

## Responsio.

Est sanè retinenda differentia ascensionis  
 Christi, & translationis aliorum Sanctorum  
 in Cœlum. Sed quid de ascensione in Cœ-  
 lum disputat Hun? qui Cœlum negat locum esse  
 extra & supra hunc mundum visibilem. In quem  
 vel Christi corpus, vel reliquorum Sanctorum cor-  
 pora translata sint, ut in eo nunc non extra illud  
 versentur?

Deinde non ex figmentis cerebri huma-  
 ni, sed ex scriptura sumendum est discrimen  
 ascensionis Christi, & aliorum Sanctorum.  
 Solus Christus Deus & homo est. Ideo pro-  
 pria potentia euexit corpus suum in cœlum.  
 Elias autè, Henoch, & qui resuscitati sunt  
 cum Christo ex morte, non propria potentia,  
 sed diuina virtute, imò nec meritis suis, sed  
 merito

Hun Cœlū  
 ipsum, in  
 quantum lo-  
 cus est, ne-  
 gat.

Antecellestia  
 ascensio-  
 nis Christi  
 præ ascensu  
 Eliæ, quibus  
 in rebus con-  
 sistat.

merito Christi translati sunt in Cœlum, vt dicitur: Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo, filius hominis, qui est in Cœlo. Deinde solus Christus qui nobis quoq; Cœlum patefecit, in quo totum nobis cœteri sancti parare non potuerunt) est Rex & Sacerdos Ecclesie. Ideo ascensio ipsius, quam secuta est exaltatio in Regno & Sacerdotio, perpetuo nobis prodest, utpote ad quos beneficia illius verè pertinent. Aliorum Sanctorum ascensio tantum exemplo nos cõfirmat de certitudine securitæ gloriæ & beatitudinis æternæ.

Differunt, & gradus gloriæ Christi Capitis, & aliorum beatorum, qui sunt membra Christi. Solus Christus ita in cœlo sedet ad dextram patris, vt regnet & intercedat pro nobis, & vt Carne glorificatâ agnoscat verè esse Deus, & adoretur ab omnibus creaturis, quibus potenter dominatur, etiam iuxta Carnem, inenarrabiliter ortam omnibus donis, quæ nominari possunt in hoc & futuro sæculo, sic tamen, vt hæc ipsa Caro sit ac maneat infra Deum. Cæteri beati, neque personæ, neque officij eminentiâ pares sunt Christo, Sed sunt subiecti Christo, & dona habet, quæ & numero & gradibus minora sunt donis, quibus in sese ornata est humanitas Christi in gloria.

Nequaquam verò discrimen ponendum est inter sanctos beatos & Christum euectum ad Cœlos, in omnipraesentia fidei carnis Christi, quæ natiuam sententiam, articuli de as-

Ubiquitas non pertinet ad excellentiâ ascensus Christi ad cœlum.

censione Christi ad caelos prorsus euertit, quæ  
que si recipienda sit, etiam sanctis beatis tri-  
buenda foret, de quibus scriptum est: *Sequun-  
tur agnum, quocunque iuerit,*

Respon. ad  
dicta citata  
ab Hun.

Dicta autem, quæ citat Hun, minime  
euincunt Carnis Ubiquepraesentiam.

1.  
Matt. 28.

Nam illud, *Matth. 28. Ego vobiscum sum  
vsque ad Consummationem seculi,* praesentiam &  
efficaciam Christi in collectione, protectio-  
ne, & saluatione Ecclesiae, non autem gene-  
ralem, vel vniuersalem praesentiam describit.

In Ioh. tract.  
30.

Deinde, idem Christus, qui pollicetur se no-  
biscum fore vsque ad finem Mundi, alibi in-  
quit: *Pauperes semper habetis vobiscum, Me au-  
tem non semper habebitis.* Quod enarius Au-  
gustinus: *Accipiant, inquit, & hoc boni, sed non  
sint solliciti, Loquebatur autem de praesentia cor-  
poris sui. Nam secundum maiestatem suam,  
secundum prouidentiam, secundum ineffabilem &  
inuisibilem gratiam impletur ab eo, quod dictum*

Contra præ-  
sentiam car-  
nis quo ad si-  
tum loci.

*est: Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus  
vsque ad consummationem seculi: Secundum  
Carnem verò, quam verbum assumpsit, secun-  
dum id, quod de virgine natus est, secundum id  
quod à Iudaeis comprehensus est, quod ligno confi-  
xus, quod de Cruce depositus, quod linteis inuolu-  
tus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione  
manifestatus, non semper habebitis me vobiscum.*

*Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis  
praesentiam 40. diebus cum discipulis suis, &  
eis deducantibus videndo, non sequendo ascendit in  
Caelum,*

Cœlum, & **NON EST HIC. IBI** enim sedet ad dextram Patris. **ET HIC EST.** Non enim recessit præsentia Maiestatis suæ.

Ac ne Hun in vocabulo Maiestatis, quo Augustinus utitur, more suo *κρηβφρυετορ* quærat, & ad fictitiã omnipræsentia maiestatem, quam in Carnem collatam esse sentit, Vocem illam detorqueat: Ecce non Dormilium, sed Vigilium Martyrem. Vide miraculum: Vide utriusque proprietatis mysterium. Dei filius secundum humanitatem suam recessit à nobis, secundum diuinitatem ait nobis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Et rursus: Quos reliquit, & à quibus discessit humanitate sua, nõ reliquit, neque deseruit diuinitate sua. Per formam enim serui, quam abstulit à nobis in Cœlum, absens est nobis: per formam Dei, quæ non recedit à nobis, in terris præsens est nobis: tamen præsens absensq; **ID E M** est nobis.

Alterum dictum, quod ex 4. cap. ad Ephesios Hun citat: *Ascendit supra omnes Cœlos.* Epistola ad Hebræos interpretatur. cap. 4. **HABENTES** igitur Pontificem magnum **QVI PER NETRAUIT** Cœlos Iesum filium Dei: Et ca. 7. *Et excelsior Cœlis factus.* Significat enim non in aëre, non in firmamento (qui sunt cœli aspectabiles) Sed in Cœlum illud supramundanum euectum esse, vbi gloriosè exaltatus sit in regno & Sacerdotio, sicut antea in infi-

D *mas*

Lib. I. contra Eutychem

Eph. 4

mas partes terræ, id est, ad infernum vsq; descenderat, extreme humiliatus nostrâ causâ.

Exaltatio supra omnes Cœlos.

Aug. ad Dardanum.

*maiestas Carni data, sed gloria Capitis Ecclesiæ regnantis secundum vtramque naturam, seruata naturæ cuiusque proprietate. Retinet enim in gloria eandem carnis formam atq; substantiam, cui profectò immortalitatem dedit, NATVRAM non abstulit. Secundum hanc formam NON est putandus vbiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ne veritatem corporis auferamus, vt Augustinus præclare scripsit, qui & hoc Epiphonema addit: Vna persona Deus & homo est. Et vtrumq; est Christus Iesus, vbiq; per id quod Deus est, In Cælo autem per id quod homo.*

#### XV.

Hun. pag. 627.

Sed rursus vrget Hun sessionem Christi ad dextram Patris: *Solus, inquit, Christus ascensu suo peruenit in eâ sedem, qua est, & dicitur, dextra potētie Dei, qua quia est vbiq; presens, omni loco penitus exempta: utiq; ipse quoque secundū carnem Christus, dum eò eleuatur, hoc respectu, loco omni penitissimè liberatus et exemptus orthodoxè creditur.*

#### Responsio.

Atqui longè aliter rursus Vigilus Martyr, qui quando inquit, *Caro fuit in terra, nō fuit in Cælo.*

lo. Et nunc quando in caelo est, non est, ubiq; in terra, cū è Cælo ventura speretur. Huic fidei & orthodoxæ confessioni non repugnat sessio Christi ad dextram potentia Dei. Nec sequitur:

Fallacia consequentis. Quia sunt quatuor termini.

Dextra Dei est ubique præsens, & loco exempta est.

Ergo caro Christi ad dextram Dei eleuata, loco omni exempta est.

Nam vt fallaciã consequentis nunc omit- tam, Scriptura Christum secundū carnem ita docet à dextris Dei sedere, id est, vt Paulus, i. Cor. 15. ex Psal. 110 interpretatur, regnare, vt tamen ad dextrã Dei in coelis eū esse affirmet. vt Ephes. 1. Sedere eum fecit ad dextram suam in coelestibus. Col. 3. Quærite quæ sursum sunt, Vbi est Christus sedens ad dextram Dei. Hebr. 8. Qui consedit ad dextram throni maiestatis in coelis. Quod pertinet etiam illa, Act. 1. Hic Iesus qui assumptus fuit à vobis in coelū. Act. 3. Quem oportet coelo suscipi, vsq; ad diem restitutionis omniū, & Act. 7. Vidit Stephanus coelos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei.

Fallacia diuisionis. Hun omittit, quod scriptura IN Coelis ait Christum ad dextram Dei sedere;

XVI.

Hun pag. 628.

Pergit autem Hun: Quia in isto ascensu & exaltatione omnia ei sunt tradita in manus, omnia ei subiecta: Nunquid tam erit deploratè stupidus, vt Christo secundū carnem, in illo omnipresentia throno, nō etiã omnia loca in manus tradita, aut subiecta es-



concedat? Qui enim omnia ei tradidit in manus, non omisit loca, Quia in hoc, quod ei subiecit omnia, Nihil omisit illi non subiectum. Hebr. 2.

Subiecta itaque ei sunt uniuersa quoque loca: Atque sic ipse in dextra maiestatis est *TRANSCENDENS*, imò *CONTINENS* locorum omnium.

Responsio.

Noua portenta verborum, quod caro Christi sit continens omnium locorum & creaturarum: Et quod loca et creature omnes sint contentum corporis Christi.

Qui in Ecclesiam vocabula & phrasas nouas inuehit, is simul res & dogmata noua comminiscitur: Tantum verò abest, vt vel Scriptura, vel antiquitas orthodoxa dixerit vnquam, Christum secundum carnem, id est Carnem ipsam (vt sentit Hun) continere loca omnia, vt historia Euangelica disertè potius affirmet, Christum ascendisse in Coelum, id est, re ipsa ex inferiori in superiore, ex terreno in coelestem locum euectum esse. Quod fieri non potuisset, si caro Christi loca omnia supera & infera contineret: Nec Christus à nube & cælo susceptus fuisset: si humanitas Christi, nubes & cælum in se continuisset.

Quid? quod tota antiquitas scripsit: Christum Coelo detineri ac contineri, & donec finiatur sæculum, sursum esse dominum, secundum humanam substantiam vt abfuerit à coelo, cum esset in terra, sic reliquisse terram, cum ascenderet in Coelum.

Illa



Illa verò, quæ probandi figmenti sui  
caussa profert Hun, *Omnia Christo tradita esse* Refutatio  
*in manus. Iohan. 3. & 13. & omnia ei subiecta esse,* per instanti-  
*Psal. 8 Ephes. 1.* Partim, ante partim post gloria am.  
ficationē de Christo dicta sunt. Quare ut pon-  
dus insit argumēto Huniano, fuerit etiam in  
statu Humiliationis *Transcendens, & continens*  
*omnium locorum, humanitas Christi.*

Falsæ igitur erunt Euangelistarū narrati-  
ones de Christo in terris versante, quòd locū sub-  
inde mutarit, quòd ex loco vno in aliū se contulerit,  
quòd in præsepi, in templo, in ædibus, in naui, in  
monte, in planicie, in regionibus, & vrbibus diuer-  
sis Corpore suo fuerit: atque ita quidem fuerit, vñ  
in alijs locis, simul ac semel secundū corpus nō fuerit,  
vel visibiliter vel inuisibiliter, sicut expressè ait  
Christus: *Gaudeo propter vos, quod ibi non fuerim.*

Neque tamen minus verè tum Baptista  
dicere potuit. *Iob. 3. Pater diligit Filium, &*  
*omnia tradidit in manus eius.* Nec minus verè  
Christus ipse, *Matt. 11. Omnia mihi tradita sunt*  
*à patre.*

Sunt autem dicta illa, quæ citat Hun,  
descriptio personæ & officij Christi, quate-  
nus missus est ad collectionem, redemptio-  
nem, & saluationem Ecclesiæ. Nec ad car-  
nem Christi solam pertinent: nec eximunt  
carnem, vel à circumscriptione dimensionum  
corporis, vel quæ hanc necessariò sequitur,  
circumscriptione locorum, competentium

Vera senten-  
tia dictorum  
scripturæ,  
quæ citat  
Hun.

D ; con-

conditioni, vel terreni huius domicilij, vel  
 Cœlestium illarum habitationum, seu man-  
 sionum, de quibus Christus inquit: *Vado vobis pa-  
 rare locum, & cū profectus fuero, & parauero vobis  
 LOCVM, rursus veniam, & assumam vos ad  
 meipsum, vt VBI sum ego, & vos sitis.* Illud au-  
 tem docent: potestati & arbitrio Christi om-  
 nia tradita, omnia subiecta esse: Omnia, in-  
 quam, quæ ad munus mediatoris explendum,  
 & ad opus salutis nostræ perficiendum spe-  
 ctant, salua carnis substantia, saluis proprietati-  
 bus, quas μεταμορφωσις illa & confusio Hua-  
 niana Corporis continentis, & locorum contentorū,  
 prorsus tollit atq; euertit.

Quod si vel literā ipsam intueri Hun in fi-  
 guratis istis locutionibus velit: *Omnia ei dedit in  
 manus: omnia subiecit pedibus eius:* manus cer-  
 tē & pedes, Christo etiam in gloria relinquere  
 cogitur, locis inter se distantes, adeoq; con-  
 tentas locis, non transcendentis, non conti-  
 nentes loca. Propriè enim, non figuratè (vt  
 Deo) attribuuntur humanitati Christi manus  
 & pedes. XVII.

Hun pag. 628.

*Sed scribitur, inquit Hun, de Christo,  
 quòd postquam consedit ad dextram Dei, A-  
 postolis exeuntibus, & ubique prædicantibus  
 cooperatus sit per subsequētia signa. Mar. 16.*

Responsio.

Quid

Quid ni verò? Id enim promiserat, se doctrinam Apostolorum miraculis confirmaturum, quæ sunt opera omnipotentiae diuinæ. Vbi vero hic: *Christum corpore suo ubiq; fuisse?* Imo non Christum ipsum in carne ubique docuisse, *Sed Apostolos, ait Euangelista, Vbiq; prædicasse, Domino videlicet vnâ operante, & sermonem illorum confirmante per signa subsequents.* Ea verò operatio signorumque effectio, Vt, organa corporis, brachia, manus, pedes, non requirebat, sed vim ac efficaciam diuinam postulabat: Sic omnipræsentiam corporis Christi Hunianam minimè probat.

Confusio disparatorum.  
Aliud est Christum cooperatum esse Apostolis vbiq; prædicantibus: aliud Christi humanitatē vbiq; fuisse.

Nec frustra idem Euangelista velut occurrens signum Vbiquitatis Christi secundum carnem; eodem in loco scripsit: *Dominus postquam locutus fuisset, sursum receptus est in Cœlum, & sedit ad dextram Dei.* Quid, Sursum recipi in Cœlum, atque in Cœlo ad dextram Dei considerare cum opus erat? Si mansit in his terris, vbiq; docuerunt Apostoli? Imò si sursum receptus est in cœlum, & IBI ad dextram Dei sedet, quomodo loca omnia in se continet? quomodo Corpore suo simul in loco, nempe in Cœlo, & extra cœlum commoratur.

Refutatio à collatione membrorum in eodem textu.

## XVIII.

Hun pag. 628.

*Atqui hinc, inquit Hun, predicatur*

D 4

Christus.

*Christus in sua exaltatione constitutus caput super omnia in omnibus. Ephes. 1, Hinc dicitur dominari à mari usque ad mare, & à flumine, usque ad fines terrarum. Psal. 72. Hinc ei cum euehitur ad dextram Dei: acclamatur à patre cœlesti: Dominare in medio inimicorum tuorum. Psal. 110. Hinc legitur de eo, quòd etiam quâ filius hominis est, ambulat in medio septem candelabrorum aureorum, id est, in medio Ecclesiarum Asiae in his terris. Apoc. 1. & 2.*

### Responsio.

**A** Sententia dictorum scripturæ aberrat Hun. Hæc verò, quæ de Christo recitat Hun, nequaquam sensum eum habent, Quod caro Christi omnipræsens sit, simulq; in cœlo & extra cœlum obambulet: sed quòd regnum efficax, & dominium Christo Deo & homini datum sit, & quòd Ecclesia nutu & imperio ipsius regatur & protegatur, confirmant.

**Christus Caput Ecclesie.** Nominatur enim Christus Caput Ecclesie, non tantum, quoad humanam, sed etiam quoad diuinam naturam. Ac rectè Scholastici in hac appellatione Capitis, Alias proprietates, aiunt competere huic personæ secundum humanam naturam, alias secundum diuinam. Et cur Paulus Christum nominet Caput, videlicet propter efficaciam, perfectionem, meritum & ordinem. Nemo

nemo melius explicavit, quàm beata illa anima Philippi Melanthonis, cuius scripta, si eo honore non dignatur Hun, vt legat: saltem collegæ sui, viri Clariss. D. Iohannis Ferialij Professoris in Acad. Marburg. Capita pietatis Christianæ, quæ vestigia doctrinæ Philippicæ studiosè consecretantur, inspiciat: & vel inde discat, quid orthodoxi de ascensione Christi ad Cœlos, quid de glorificatione & exaltatione Christi, quid de officio Capitis Ecclesiæ sentiant, ac doceat, & aut fortioribus arietibus argumentorū, explicationes illas veras, si potest, concuriat & labefactet, aut desinat paradoxa sua Ubiquistica Ecclesiæ Christi obtrudere, quæ nec collegis suis in eadē Academia persuadere potest: In qua & fuerunt, & sunt, Dei beneficio, & erunt deinceps viri docti & rectè sentientes plurimi, detestantes Hunianam audaciam & impudentiam, & veris gemitibus deplorantes hanc Ecclesiæ calamitatem, quod sublatis iudicijs Academicarum, impuè cuique licet, quod libet.

*Illud autem implere omnia in omnibus; minime sic intelligendum est, quasi Christus secundum corpus substantia sua, id est, Carne & ossibus suis omnia loca impleat, sed quòd persona hæc, quæ Deus & homo est, omnia perficiat in omnibus.*

*Dominari autem vsq; ad fines orbis terrarum dicitur Christus propter collectionem Ecclesiæ* Psal. 72.

Psal. 110.

ex Iudæis & gentibus, quæ eam ipsam ob  
 causam, Catholica seu vniuersalis dicitur,  
 quia non inclusa est limitibus Iudaicæ regi-  
 onis, sed per vniuersum terrarum orbem sparsa  
 est. Nec verò collectio ista Ecclesiæ, aut gu-  
 bernatio, sicut nec defensio eiusdem & repres-  
 sio hostium (de qua dicitur: *Dominare in medio  
 inimicorum tuorum, & Dominus à dextris tuis per-  
 cutiet in die iræ reges, conquassabit capita gentium  
 multarum*) Corporalem Christi præsentiam  
 desiderant. Nam caput in cœlis constitutum,  
 de corpore suo, quod est Ecclesia, in terris  
 adhuc militans, clamat: *Saul Saul, quid me per-  
 sequeris? Ego sum Iesus quem tu persequeris, Du-  
 rum est tibi contra stimulum calcitrare.* Et Iulia-  
 nus Apostata, Sparso aduersus Cœlum san-  
 gine suo promanente ex vulnere cœlitus ipsi  
 inflicto, fateri cogitur: *Vicisti Galilee.* Pau-  
 lus etiam *Peregrinari nos à Domino affirmat,*  
*& dissolui seu migrare propterea cupit, ut sit cum*  
*Christo, à quo separatus adhuc erat corpore, in-*  
*teruallo locorum tanto, quantum terra à Cælo dis-*  
*stat.*

Apocal. 1.

*Ambulatio autem in medio septem candelabro-  
 rum, ut visio allegorica describitur. Et fit in ea  
 mentio, vestis talaris, qua indutus fuerit Filius ille  
 hominis, & Zone aureæ, qua præcinctus fuerit  
 vsq; ad mammillas: & capitis, & capillorum, &  
 oculorum, & pedum, & manus dextræ, & oris  
 & faciei ipsius. Quæ etiam ad literam accepta,  
 ostendunt*

ostendunt Christum secundum carnem in gloria retinere *βυμμετρίαν* membrorum, quæ omnipræsentiæ Carnis aduersa fronte repugnat, cum quod omnipræsens est, partem extra partem non habeat.

Nec enim mederi huic vulneri potest, *Fallacia con*  
*quod Hun de dextra Dei ILLOCALI, ad quã Chris*  
*stus secundum carnem, sedeat, subinde inculcat.* *sequentis,*  
*Nã illocalis illa dextra Dei, tota est incorporea,*  
 & partem extra partem non habet. Nec tamen inde sequitur, vel quod Christus sedens ad dextram Dei, factus sit incorporeus: vel si corpus retineat, *βυμμετρίαν* membrorum, & partem extra partem, non retineat: aut etiam deposita hac proprietate, à natura veri corporis inseparabili, non tantum *in medio Candea*  
*labrorum, id est, Ecclesiarum in Asia, sed etiam extra*  
*Ecclesiam ubique sit.* Sic enim Hun in sequenti disputatione contra Cadmæos fratres suos aperte pugnat, non tantum de præsentiâ Christi in Ecclesia, quam Augustinus *inhabitationis gra-*  
*tiam nominat, isti verò presentiam quandam Corpor-*  
*valem in ijs locis esse fingunt, ubi Ecclesia in his ter-*  
*ris versetur*) sed etiam de Omnipræsentiâ carnis in creaturis omnibus.

## XIX.

Hun pag. 630.

*Si λόγος vllibi est extra carnem, inquit,*  
*profecto totus tota hypostasi, extra eam sit*  
*opor.*

oportet. In partes enim nō diuiditur. Si verò  
 tota hypostasi seu persona sua constituitur  
 extra illam, quomodo salua manebit  $\alpha\delta\iota\chi\text{-}$   
 $\sigma\alpha\tau\omicron\varsigma$  illa unio, quā  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  omni plenu-  
 dine Deitatis sua in illa habitare creditur?  
 Si post hac statuendum erit, personam  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$   
 $\gamma\omicron\upsilon\varsigma$ , etsi etiam sit in carne, tamen non mi-  
 nus esse extra illam, quā extra Eliam Pro-  
 phetam, aut Petrum Apostolum, in quibus  
 $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  etiam est per essentiam, & habitat  
 per gratiam.

### Responsio.

Ita verò Hun (vt de suis illis Cadmaeis  
 fratribus loquitur) infinitis modis sese inuoluit,  
 & implicat, vt quid dicat aut statuat, ignoret ipse.  
 Primū enim Sophisticè arripit ambiguā  
 illam voculā, Extra carnē (de qua ait suos illos fra-  
 tres convinci proprijs suis scriptis posse) & fal-  
 laciā à dicto secundum quid, ad dictum  
 simpliciter committens,  $\delta\iota\alpha\sigma\alpha\beta\iota\upsilon$  inter  $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\varsigma$   
 & carnem eius manifestè docere, & introducere eos  
 ait. Id autem tūm ab illis fieret, si  $\text{LOGON}$   
 dicerent extra carnem esse, per separationem  $\text{TOY}$   
 $\text{LOGOY}$  à carne, & dissolutionem vnionis personae  
 lis duarum naturarum diuinae & humanae. At  
 illi salua manēte vnione personali (quæ nulli  
 alij rei prater carnem assumptam competit)

Hun ludit  
 ambiguitate  
 locutionis:  
 extra carnē  
 esse,

per



per infinitatem essentiae **TON LOGON** extra carnem esse sentiunt, id est, non conclusum in carne, quemadmodum extra res caeteras creatas omnes, **LOGON** esse, Huius ipse concedit, & coarctationem **TOY LOGOY** intra corporis assumpti angustias tanquam absurdam repudiat. Pag. 641.

Deinde fallacia consequentis ludos facit, cum hypostasim **TOY LOGOY** confundens cum unione hypostatica, sic infert contra Antagonistas suas.

*Totus λόγος tota sua hypostasi est extra carnem ( quatenus videlicet non inclusus est carni, )*

Ergo **LOGOS** non manet cum carne sua coniunctus unione hypostatica.

Quis hic non animaduertat terminos, ut Dialectici loquuntur, diuersos esse? hypostasim **TOY LOGOY**, & unione hypostaticam? Item **LOGON** extra Carnem sic esse, ut non sit inclusus carni, Et **LOGON** non coniunctum manere Carni unione hypostatica?

Quomodo vero διασπασις, id est, interual- lum seu intercapedo loci inter **LOGON** & carnem, imò inter **LOGON** & rem vllam creatam, intercedere potest? Cum **LOGOS** sit totus in omnibus, & extra omnia, citra diuisionem partium, quæ nullæ cadunt in essentiam **TOY LOGOY**?

Quis autem vnquam sic docuit? **LOGON** ita esse extra carnem assumptam, ut non in ipsa carne quoque sit & habitet cum omni plenitudine Deitatis suæ? Quod si in carne & extra carnem est:

LOGOS hypo-  
stasi sua, nō  
autem hy-  
postatica v-  
nionem sua est  
extra car-  
nem.

Non pugnat  
hæc: **LOGON**  
per essentia  
suæ infini-  
tatem extra  
carnem esse:  
Et in sola car-  
ne assumpta,  
per unione  
hypostati-  
cam.

rd  
ur  
2-  
u-  
r?  
o-  
ni-  
o-  
us  
at  
eis  
it,  
se.  
uā  
ras  
al-  
im  
op  
eos  
ON  
OY  
na.  
At  
illi  
it)  
per

in carne quidem per vnionem hypostaticam: Extra carnem verò, & res creatas omnes, per infinitatem essentiae nullibi conclusam: quo modo hac posteriori phrasi rectè explicata, tolli potest prior illa asseueratio de vnione hypostatica?

Caro Christi fuit ne extra vterum matris suae antè natiuitatem? At LOGOS cer- te, fuit extra vterū Marię: Cur non igitur extra carnem quoq; cōclusam in vtero.

Confusio graduum præsentię.

Audiat verò Hun collegam suam, in eo, quem antea nominavi libro, & periculum, cui se inuoluit, consideret sibi que dictum putet, quod de Vbiquistis ille iam olim scripsit, *Cogitent recētes patroni huius noui dogmatis, quàm malarum rerum sint defensores. Primi architecti barum præstigiæ, hoc quaesuerunt, vt Christo tribueretur natura, Verbo quidem diuina, sed re ipsa inæqualis essentiae patris, & colligata corpori, ITA VT NON SIT EXTRA CORPVS, & ornata tantum quibusdam donis & prærogatiuis diuinis. Eò enim tendunt illae Sophisticae confusiones naturarum, proprietatum, & actionum. Hæc ille, non Caluini auditor: sed Philippi Melanthonis discipulus, quem refutet Hun, & collegas cæteros, à quibus haud sine fremitu dissentit.*

Nam quòd diuersos modos præsentię ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ confundens, negat saluam manere vnionem, illam ἀσπαστον, id est, inseparabilem (quâ LOGOS omni plenitudine Deitatis suae in carne illa habitat) Si statuendum sit, personam LOGΟΥ (etsi etiam sit in carne, tamen non minus esse extra illam, quàm extra Eliam aut Petrum? in quibus LOGOS etiam

etiam sit per essentiam & habitet per gratiam, Ad hoc  
 λέξις quaedam est Kunij, ambiguitatem cap-  
 tatis ex comparatione illa intempestiva, quam  
 exprimit per particulam (Non minus) & re ipsa  
 tamen stabilientis praestigias illorum, qui diuini-  
 tatem tribuerunt Christo, ut collega ipsius recte  
 scribit inaequalē essentiae patris, quae colligata sit  
 corpori, ITA, ut NON SIT extra Corpus.

Est quidem LOGOS in Elia & Petro, sed  
 non habitatione tali, quae sit illa unionis gra-  
 tia, quā LOGOS habitat in sola carne assump-  
 ta: Non enim communis est illa gratia Chri-  
 sto & sanctis, quae est ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ in Carne  
 propria inhabitatio, cum Apostolus non simpli-  
 citer dicat inhabitare omnem plenitudinem Deitatis  
 in Christo, sed disertē addat σωματικῶς, quod  
 ex usu linguae Graecae recte interpretatus est D.  
 Philippus personaliter (ut notū est σῶμα Gre-  
 cis, non corpus tantum, sed etiam personam  
 significare, ut cum belli Peloponnesiaci scri-  
 ptor ait, urbē Athenarū creuisse σωματι καὶ χρισ-  
 ματι, id est, personis ciuium & opibus. Et cū Ter-  
 tullian⁹ quaerit, αν λόγος sit σῶμα id est persona.  
 Quorsū igitur illud? quod in Kun, tanq̄ paria in-  
 ter se cōfert, LOGON esse in carne sua: & esse in Elia  
 aut Petro per essentia, & habitationis gratia. Que  
 si diuersa sūt ut sūt certē diuersissima: Nā toto  
 genere differt singularis ille modus praesentiae  
 (qui unio hypostatica nominatur ab vniuersa-  
 li illa

Gradus pre-  
 sentiae Dei  
 generalis &  
 specialis

necessario  
discernendus  
à singulari  
præsentia  
τοῦ ΛΟΓΟΥ  
in carne per  
sonaliter  
ipsi vnita.

illa præsentia ( qua λογος ubiq; est per essen-  
tiam) itemque à speciali præsentia ( qua λογος  
adest vel renatis in hac vita, vel beatis in tota  
æternitate ) quorsum alterum illud? Si λογος  
dicatur extra carnem esse, **NON MINVS** eū  
extra carnem futurum, quàm sit extra Eliam aut  
Petrum?

Non magis conclusus est LOGOS intra car-  
nem suam, quàm intra Eliam aut Petrum:  
Sed non ita est extra carnem suam, quemad-  
modum extra Sanctos illos esse dicitur.  
Sic enim extra Carnem est, vt nihilominus  
sit in Carne, per vnionē hypostaticam. Extra  
Eliam aut Petrum ea ratione est, vt non sit  
eis hypostaticè vnitus, sed in eis sit per assi-  
stentiam tantum.

## XX.

Hun pag. 631.

Quod autē confidenter & fastuosè Huni  
de Ubiquitate ab ipso dissentientibus insul-  
tat his verbis: *Nec euoluent se ex absurdita-  
tum labyrinthis, si principium petendo, di-  
cant LOGON in carne esse presentem per-  
sonaliter: In Elia aut Petro secus. Ete-  
nim quamdiu PERSONAM verbi ( à qua  
alias vnio denominatur & dicitur persona-  
lis ) constituunt extra naturam assumptam:  
non possunt amplius ( nisi aperta contradi-  
ctione*

etione sese implicent ) affirmare LOGON esse cum humana natura unitum personaliter.

### Responsio.

Coccyismus est, & repetitio vnius eiusdemque argumenti, quod quàm futile sit, iam primum ostendimus. Non enim pugnant hæc inter se: TON LOGON esse extra humanitatē, id est, non esse inclusum intra humanitatem: & eundem LOGON esse ac manere cum humanitate unitum personaliter. Deinde non simpliciter verum est, quod Hun temerè affirmat, à persona verbi, unionem denominari ac dici personalem. Aliud enim est hypostasis TOY LOGOY, quæ non modo in humanitate illa, sed etiam in alijs rebus creatis omnibus, & extra eas existit: Aliud verò *vniri* ὑποσάτινωε quod soli illi humanitati assumptæ competit.

Quare & Vetustas diligenter hæc duo distinxit ὑποσάτιν του λογου unitam esse carni: & LOGON carne unitum esse καὶ ὑποσάτιν. Quarum locutionum posteriori, modus unionis exprimitur, vt qualis illa sit, intelligi possit, videlicet hypostatica: priore verò locutione hoc tantum ostenditur: quæ persona (videlicet non Patris, non spiritus Sancti, Sed TOY LOGOY seu filij Dei) assumptam carnem propriam sibi fecerit. Non igitur unio personalis tam à

Ignoratio  
Elenchi.

Fallacia am-  
phiblogia.

Hypostatica  
unio nō sim-  
pliciter ab  
hypostasi  
TOY LOGOY  
nomen ha-  
bet, quæ  
post incarna-  
tionē in car-  
ne assumpta  
& creaturis

E

per-

omnibus existit, atque etiam extra eas: Sed à modo assumptionis humanæ naturæ, quæ per se rationem personæ non habet, sed à logo sic dependet, ut ipsius propria facta, in eo & ab eo sustentetur, id est unum cum eo hyphistamenon constituat.

Duplex ambiguitas: in voce personaliter: Et verbo sustentandi.

Absurda phrasia Vbi-quistarum.

persona ipsa quæ carnem assumpsit, denominatur. (Alioqui enim cum creaturis etiam cæteris, & sanctis, ac beatis hominibus & angelis, unio personalis dicenda esset: cum eadem sit hypostasis TOY LOGOY, quæ in his, & assumpta carne est.) Sed à modo seu termino unionis huius singularis cum carne assumpta nomen habet: Qui terminus est, ut LOGOS & Caro illa ex virgine matre assumpta sint persona una, seu unum hyphistamenon, seu individuum, ac singulare unum, seruata naturæ utriusque proprietate & ordine.

Hunc verò, qui absurditatum labyrinthos antagonistis suis obijcit, nisi discernat in unione terminum à quo, & terminum ad quem, vel ut clarius dicam, personam assumentem à modo assumptionis, cogitet potius, quomodo ex Præceptoris sui Iacobi Andreae labyrinthis se euoluere possit. qui in Apologia contra Ingolstadtenses. pag. 25. & alibi passim, ad verbum sic scripsit: Si unio personalis definiatur per substantiam verbi, negari non potest, res omnes à verbo Dei substantialiter sustentari, nisi velint dicere, substantiam verbi rebus creatis non adesse. Ideo de creaturis omnibus dicemus: Eas personaliter filio Dei unitas, à cuius hypostasi & substantia sustentantur. Quod idem & Brentius in Recognitione sua pag. 23 scripsit. Quid prohiberet, quò minus dicatur filius Dei etiam omnibus rebus creatis personaliter unitus esse?

Huius

**XXI.**

Hun pag. 631.

Eiusdem farinae argumentum, & κακων-  
 ρες est, quod addit Hun, cumulans ineptias  
 suas: Sic fingetur, inquit, λογος eo duntaxat  
 loco, in quo Christi humanitas per essen-  
 tia & natura proprietatem versetur, esse &  
 habitare in assumpta humanitate, & incar-  
 natus esse: In reliquis locis innumeris, qui-  
 bus assumpta caro per essentia proprietatem  
 non adest, fingetur totus tota sua persona &  
 hypostasi esse extra illam, atq; sic non incar-  
 natus. Siquidem immotum perstat, & persta-  
 bit in omnem aternitatem axioma hoc, quod  
 Incarnatio non definitur existentia verbi  
**EXTRA** carnem, sed sola in habitatione  
 omnis plenitudinis Deitatis **IN CARNE.**

**Responsio.**

Definitur sane incarnatio in habitatione so-  
 la omnis plenitudinis Deitatis in carne, sed in  
 habitatione, non qualis est per essentia & gra-  
 tia, communem huic carni, & angelis ac ho-  
 minibus beatis, aut sanctis in hac vita: sed hy-  
 postatica & personali, qua Caro illa κατ' ὑπὸς  
 σαβίρ vnita est τῷ λογῷ Non autem definitur  
 incarnatio, existentia verbi extra carnem: quia  
 & ambiguum hoc dicitur, & ad rationem vnionis  
 personalis nihil pertinet.

Extra car-  
 nem & res  
 creatas om-  
 nes existere,  
 ad infinitatem

**E 2 Na**

essentiaꝝ τοῦ  
 ΛΟΓΟΥ descri-  
 bendam per-  
 tinet, non ad  
 rationē unio-  
 nis hyposta-  
 ticæ.

Falsa hypo-  
 thesis Hunij

Logos nun-  
 quam & nul-  
 quā definit  
 esse incar-  
 natus.

Nam extra carnem esse: aut orthodoxè  
 significat, non conclusum esse carne, quod  
 ad essentiaꝝ τοῦ ΛΟΓΟΥ infinitatem describen-  
 dam pertinet: aut Huniana, id est, Sophisti-  
 ca interpretatione est, separatum esse à carne,  
 quod unioni hypostaticæ repugnat.

Hunij verò figmentum est: ΛΟΓΟΝ eo tantum  
 loco, ubi humanitas versatur, esse & habitare  
 in humanitate, & incarnatum esse: In reliquis locis  
 (ubi humanitas non adsit) ΛΟΓΟΝ extra illam sic  
 esse, ut ibi non sit incarnatus. Verum est enim  
 utrumque: & humanitatem, non quidem in  
 omnibus locis simul, sed in loco aliquo esse  
 secundum veri corporis modum: & ΛΟΓΟΝ  
 ubique simul omnia implentem, esse & habi-  
 tare in assumpta humanitate personaliter, id  
 est, non tantum tota hypostasi seu persona sua,  
 sed etiam tali ratione, ut cum carne sit unum  
 hypostamenon seu persona una. Falsum  
 vero est, quod Hun dicit, ΛΟΓΟΝ uno tantum  
 in loco (ubi humanitas per essentiaꝝ & nature pro-  
 prietate versatur) tota sua hypostasi in humanitate  
 esse & habitare, atque ibidem incarnatum esse. In  
 reliquis locis innumeris, ubi assumpta Caro per es-  
 sentiaꝝ proprietatem non adsit, ΛΟΓΟΝ tota sua  
 persona & hypostasi non esse: Neque habitare in  
 humanitate assumpta, atque sic non incarnatum ibi  
 esse.

Cum enim verissimum sit axioma, Quod  
 semel assumpsit ΛΟΓΟΣ, id nunquam deposuit,  
 neque



neque deponet: non potest aliter ne cogitari quidem de LOGO post incarnationem semel factam, nisi quod semper sit ac maneat incarnatus. Itaque LOGOS vbique existens, nunquam & nusquam est, sine carne sua, id est, seiunctus ac separatus à carne sua.

Rursus cum per essentiã suã hypostasis τΟΥ ΛΟΓΟΥ immensa atq; infinita sit: Caro autẽ assumpta, in vnione quoq; hypostatica, finita seper sit ac maneat: nõ potest λογος concludi in carnem, neque caro æquari τῷ λογῷ secundum omnipræsentiã. Itaque totus LOGOS habitat tota sua hypostasi in carne assumpta vnione personali: itemq; totus LOGOS in creaturis cæteris omnibus existit tota hypostasi sua, per essentiæ suæ infinitatem. Nec tamen hac ipsa sua hypostasi creaturis istis, quæ extra carnem Christi sunt, sed vni ac soli humanitati illi, quam sibi propriam fecit, vnione personali vnitus est.

## XXII.

Hun pag. 632.

Est & hoc argumentum, quod à gubernatione creaturarum omnium sumitur, Coccyus Hunianus, cum mox addit: *Præterea, quia certum est, LOGON per assumptam naturam in solio omnipræsentiæ collocatam,*

E 3

guberna-

Totus LOGOS hypostasi sua est in carne & in omnibus creaturis: sed hypostaticè, id est, vnione personali tantum in carne, non in rebus creatis cæteris.

gubernare & administrare uniuersa opera  
 Dei: quorsum attinet, comminisci λόγος,  
 gubernare Creaturas, per humanitatem  
 omni modo reali à creaturis absentem, &  
 immensa distantia ab illis sciunctam ac  
 remotam? Cum tamen Christo in dextra  
 Dei sedenti ac regnanti, omnia omnino sint  
 è medio sublata obstacula, quæ ullam absen-  
 tiam aut distantiam inter Creaturas, & domi-  
 natricem λόγος humanitatem parere posse  
 videbantur. Responsio.

Fallacia con-  
 sequentis.

Quorsum vero, nisi ad insidias veritati stru-  
 endas, tot ambiguitates, tot sophismata Hun-  
 cōminiscitur? Ait naturam assumptam in solio  
 omnipræsentiæ collocatam. At verò maius & sub-  
 limius quiddam est, τὸ λογὸς humanitatem  
 vnitā esse. Neq; tamē ex vnione hac sequitur,  
 humanitatem omnipræsentiem factam esse:  
 quod Hun per collocationem humanitatis in  
 solio omnipræsentiæ factū esse intelligit: per-  
 petuò more suo terminos quatuor syllogis-  
 mis infarciens, perinde ac si argumentari sic  
 liceret.

*Dextra Dei est solium omnipræsentiæ.*

*Humanitas Christi collocata est ad dextrā Dei.*

*Ergo humanitas Christi omnipræsens facta est.*

Quod si valere putat, cur non valebit hoc  
 quoque argumentum?

*Dextra*

Dextra Dei est solium infinitatis, eternitatis, & *λόγιος* equalitatis cum Deo.

Ergo humanitas Christi, ad dextram Dei collocata, est infinita, aeterna, spiritualis, expers omnis materiae, aequalis Deo.

Deinde per assumptam naturam ait, *ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ* gubernare & administrare uniuersa opera Dei? Si in natura assumpta diceret, verum diceret. Nam *ΛΟΓΟΣ* post incarnationem, neque est, neque operatur quicquam, nisi in carne sua, à qua nunquam separatur. Per assumptam naturam docet scriptura, opus redemptionis & saluationis Ecclesiae fieri, ut *1. Cor. 15.* dicatur: *Per hominem Mors, & per hominem resuscitatio mortuorum.* Sed per naturam assumptam, aut creari noua indiuidua, aut res omnes creatas sustentari & gubernari, neque scripturae dictis ostendi potest, neque cum fine incarnationis congruit.

Præterea etiamsi multa ad officium Immanuelis nostri pertinentia, ministerio naturæ assumptæ facta sunt, & deinceps fiunt: & ipsius humanæ naturæ sua est efficacia antecellens potentia omnium creaturarum, in peragendis multis, quæ congruunt capiti Ecclesiae: tamen ad hæc ipsa peragenda, nihil attinet, Corpus Christi in creaturis omnibus adesse substantiâ suâ, & physico, aut hyperphysico contactu Carnis & ossium suorum perficere opera officij sui.

Eadē prorsus ratio est horum attributorum dextræ Dei, quæ est omnipræsentia. Quare aut utrinque valebit consequentia, aut neutra in parte valebit.

In ijs quæ fiunt per carnem, non est opus carnis omnipræsentia.

vera  
yop,  
tem  
at  
extra  
sint  
en-  
mi-  
posse  
tru-  
Hun  
folio  
sub-  
tem  
itur,  
esse:  
is in  
per-  
ogif-  
ri sic  
Dei.  
est.  
hoc  
extra



## XXIII.

Hun pag. 632.

*Sed omnia omnino obstacula, inquit Hun, per sessionem ad dextram Dei submota, & è medio sublata sunt, quæ absentiam aut distantiam ullam inter creaturas & humanitatem parere posse videbantur: nimirum interualla locorum, seu potius loca ad unum omnia. Sunt enim hæc Christo secundum Carnem subiectione plenissima & omnibus modis perfectissima in manus tradita & subiecta.*

*Non igitur impediunt iam ipsum ullo pacto, quò minus in gubernatione rerum omnium possit Creaturis adesse.*

## Responsio.

In antecedente confusio est disparatorum. Aliud est enim subijci omnia: aliud tolli omnino ad unum omnia, quæ si sublata sint prorsus, nequidē

Atqui sessio Christi ad dextram, neque essentiam, neque proprietatem corporis mutat: nec tollit locorum interualla. Est igitur Christus secundum carnem sursum in cælis: in quibus ad dextram Dei regnat: nos verò seiuncti & separati locorum interuallo, peregrinamur adhuc à Christo, dum in terris sumus. Subiectio verò sicut aliarum rerum creaturarum omnium: ita locorum quoque, neque rerum substantias mutat, neque loca distincta con-

fundit, in quibus continentur res creatæ, quæ Christi dominio subiectæ sunt. Illud autem est, *loca omnia Christo subiecta esse*: non carne & ossibus replere omnia loca, sed locum nullum in cœlo aut terra obitare posse Christo, quò minus seruata cuiusque naturæ proprietate potenter efficiat, quæ Capiti Ecclesiæ congruunt.

subiecta esse, dici amplius possunt.

## XXIII.

Hun pag. 633.

Nec verò noui aliquid affeit Hun, cum περιβολογία, aut potius ταυτολογία sua utens, eadem subinde argumenta mutatis verbis & phrasibus quibusdam, ad nauseam usque repetit. *Quomodo non per presentem humanitatem, inquit, vellet administrare res creatas: quam ipse, dum in creaturis agit et operatur, sibi intimè unitissimèq; presentem habet? qua ad Dei dextram exaltauit verè, & hunc ipsius thronum, hanc sedem, è qua dominetur, esse voluit? quam item supra omnia loca euexit? Quia supra omne id, quod vel in hoc vel in futuro seculo nominatur. Ephes. 1. Cui etiam impedimenta simul omnia, idque cum primis locorum interstitium, quòd absentiam efficere*

E 3 posse

1.  
2.  
3.  
4.

*posse videbatur, remouit, subuehendo naturam assumptam in solium ab vniuersa localitate plenè liberum.*

### Responsio.

Fallacia con-  
sequentiſ in  
quam quin-  
que vicibus  
vno in loco  
Huiſ impin-  
git.

Habet certè LOGOS in creaturis omnibus agens & operans, intimè & vnitiffimè ſibi præſentem humanitatem, non quòd omnipræſentem illà & infinitam fecerit, ſed quia ſolà hanc carnem propriã ſibi fecerit vnione hypſtatica, quæ & arctiffimam, & in omni æternitate, & locis omnibus indiffolubilem copulationem

1. TOY LOGOY & Carnis aſſumptæ complectitur, & diſtinctionem naturarum ſaluam, & nullo vnquam æuo violabilè conſeruat in Chriſto.

2. Exaltatio etiam Chriſti neq; eſſentiam neque proprietates perpetuas Carnis e medio tollit. Nec thronus & ſedes dextræ Dei, illocalis & in-  
3. circumſcripta: vel circumſcriptionem corporis Chriſti: vel loci cœleſtis ( qui ſurſum eſt ) vel locorum terreſtrium ( quæ infra ſunt ) naturam & conditionem, qualis à Deo eſt condita, mutat aut euertit.

4. Aliud eſt etiã, ſupra omnia loca, & ſuper omne nomen, id eſt, ſuper loca mundana iſta omnia extolli, & in cœlo ipſo eminere ſupra res quauis creatas eminentiffimas: Aliud verò, Cœleſti loco Chriſtum ſecundū carnē exulare: aut quantitate & diſtentionibus corporis exutum, vbi-  
que, aut potius nuſquam eſſe, vt Auguſtin. loquitur.

Deniq;

Denique et si illud dextræ Dei solium ab omni  
 nilocalitate plenè liberum est: Sicut & ab omni  
 concrecione materiæ: tamen nequaquam in-  
 de efficitur, vt Christi corpus substantiæ suæ  
 corporeæ expers sit, aut vt, (respectu humanita-  
 tis, sedentis ad dextram Dei in cælis) Christi, &  
 creaturarum, quæ singulæ locis suis distin-  
 ctæ atque segregatæ sunt, interuallum nullū,  
 quò ad loca relinquatur, aut vt *dominij ratio-  
 ne* (quod Christus etiam secundum carnem  
 super omnia opera Dei obtinet) *Caro ipsa, vt  
 Hun αειλογειν & garrere pergit, non contineat-  
 tur locis, sed potius contineat ea, non mensuretur  
 locis, sed mensuret loca. Quod est, vel immen-  
 sum atque infinitum Christo Corpus, quale  
 neque est, neque esse potest, affingere, vel  
 simpliciter in diuinitatis essentiam spiritualis-  
 simam & infinitam conuertere, vtpote de  
 qua sola verum est, quod non contineatur, nec  
 mensuretur locis, sed contineat, & impleat loca  
 omnia.*

Corpus  
 Christi Hu-  
 nio est con-  
 tinens Cœ-  
 li & loco-  
 rum omni-  
 um.

## XXV.

Hun pag. 634.

Omitto hîc elusionem futilissimam,  
 qua Hun manifestissima verba Lucæ Actorum 1.  
 Διέσχ' ἀπ' αὐτῶν id est, discessit & separatus est ab  
 eis: & ferebatur in Cælum, corrumpit: cum de vi-  
 sibili, non autem de inuisibili distantia locum eum  
 accipiendum esse pugnat. Quasi verò visibili  
 spectaculo

spectaculo Christus simularit tantum discessum: ac nihilominus corpore suo inuisibiliter in terris manserit.

Omitto & Contradictiones, quibus vni eidem Carni Christi vno eodemque tempore tribuit visibilem discessum ex his terris, & inuisibilem mansionem in his terris.

**b** Alia contradictione: Omnia locorum intervalla, & distantiam penitissimè euanescere: respectu sessionis ad dextram: Et tamen distantiam quandam esse à creaturis, respectu loci, in quo visibiliter appareat Christus quoad dextram Dei sedere. nunquam desinit.

Et quod vniuersa locorum διαστάσεις atque ita διαστάσεις, quoque illam, quæ ob locorum intervalla eueniat, penitissimè disparere, & euanescere fingit, quatenus Christus secundum carnem sedet in solio dextræ Dei. Et mox tamen, respectu eius nou, in quo nonnunquam apparuerit Christus homo, sicut & in nouissimo die veniet in nubibus Cæli, & inuisibiliter ibi apparebit, concedi posse aut quandam illius à creaturis distantiam.

Contradictio: Christum secundum carnem visibiliter discessisse ab Apostolis. Et secundum eandem carnem inuisibiliter in eo loco vbi Apostoli erant mansisse cum eis.

Quasi vero Christus quoties post ascensionem apparuit, aut cum venturus est in cæli nubibus, non sedeat à dextris Dei: aut quasi dextra Dei locorum intervalla & distantiam omnem tum demum tollat, cum non appareret Christus: Eadem verò intervalla locorum, & distantiam saluam relinquat, in apparitione & aduentu visibili, cum eadem sit semper sessionis ad dextram Dei ratio, siue in Cælis Christus commoretur vsque ad nouissimum diem restitutionis omnium, siue ex cælis, id est,



est loco eminentiore, in nubes, hoc est, in locum inferiorem descendat ad iudicium.

## XXVI.

Hun pag. 635.

Quod autem iterum hoc loco ratiocinatur Hun.

Quia in illo omnipresencie solio, & throno illocali dextra Dei (in qua verè selet, omniaq, teste Apostolo, implet exaltata Christi saluatoris humanitas) **NULLVM** vel fingi saltem potest **DIASTEMA**, quod aliquam absentiam importet (siquidem coram Dei dextra, & proinde etiam coram humanitate, in illa dextra Dei supra localitatem omnem euecta & collocata, loca uniuersa ad indiuisi apicis paruitatem redacta sunt, quemadmodum & uniuersa temporũ **DIASTEMATA** ad **ATOMON NYN**) quid tandem erit caussa vel obstaculi, quò minus in solio maiestatis immutabiliter **ADSIT** ac presit omnibus creaturis: Nullum hic **ΔΙΑΣΤΕΜΑ** disiunctorum terminorum, nullum interuallum, siue id fingat quis, vacuum & inane, siue aere, alijsue corporibus repletum, talem commentitiam **ΔΙΑΣΤΕΜΑ** efficere valet.

In eo

Quatuor termini in plærisq; argumentis Hunianis.

Confunduntur hic disparata: Dextra Dei: & Caro ad dextram exaltata: Coram diuinitate seu dextra Dei, Et coram humanitate: Præesse denique & adesse omnibus creaturis.

Omnes creaturas humanitati Christi præsentissimas esse.

### Responsio.

In eo verò iterum atque iterum consequentis fallaciã committit: cum à dextra Dei illocali, & omnipræsente, infert, etiam humanitatem Christi ad dextram Dei eleuatam, omnipræsentem esse: Cumq; omnia locorum & temporum interualla; tam humanitati Christi, quam diuinitati eius, seu dextrae aeterni patris, ad punctum & momentum vnum redacta esse contendit: Cum adesse & præesse omnibus creaturis confundit.

Quod si verò nullum DIASTEMA disiuñtorum terminorum, nullum interuallum, nulla Diastasis est carnis Christi à creaturis: Cur in Symbolo profiteamur: *Ascendit in Cælum: Ibi sedet ad dextram Dei: Inde venturus est ad iudicandum?* Est igitur interuallū Cæli & nubium: Sunt disiuñcti termini, Cælum & terra: Est DIASTASIS Carnis Christi à Creaturis, à quibus verè discessit, & ad quas suo tempore rediturus est: Hæc non tollit sessio Christi ad dextram Dei, quæ non omnipræsentiã induit carni Christi, sed consortem imperij, & dominam creaturarum efficit.

### XXVII.

Hun pag. 636.

Rursus autem ambigua phrasis est, quod Hun ait *in dextra gloriæ Dei Christum, quòad homo est, omnes creaturas sibi habere præsentissimas:* Quod nisi commodè explicetur, etiam ipsis Creaturis omnipræsentiã tribuenda erit: & quæ

quæ in terris sunt, in cælo: quæ in cælo sunt, in terris erunt simul & semel. Id verò multò absurdius paradoxum est, quàm illa mirabilis quorundam Mathematicorum theoria, quòd terra moueatur: Sol quiescat, quæ & Scripturæ sacræ, & physicæ doctrinæ repugnat.

## XXVIII.

Hun. pag. 636. & 637.

Quis verò non miretur nouam religionem hominis, cum Vbiquistica Sectæ complices suos, molli brachio obiurgans Hun, non sine aperta Contradictione eos reuocat ad regulam hanc Scripturæ: *ut sana verborum forma retineatur: Itaque ne quis ex nostro sermone, inquit, sensum incongruum, & à diuina maiestate Christi peregrinum concipiat, non utimur hisce phrasibus, & ratione loquendi: Quod in omnibus pyris, pomis, panibus, ouis, Caseis, in omnibus etiam locis fatidis sit Christi redemptoris humanitas.*

## Responsio.

O lepidum caput. Scripturā ait nobis commēdare regulā, de ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαίνοντων λόγων tenenda. Nec quisquā tamen magis sibi indulget fingendis & usurpandis nouis, & non sanis verborum formis, quàm hīc præclarus monitor.

Dein-

Protestatio  
Contraria facta.

Prophana  
vox Ubiqui-  
starum.

Deinde non utimur, inquit, hisce phrasibus. Itane non vsi estis, tum his, tum alijs similibus loquendi formis, quas nemo piorum non exhorret, qui etiamnum eas in scriptis vestrorum ad literam extare vident, & in publicis disputationibus vestris defensas esse recordantur. An non in VVitembergensi Academia, in cœtu frequentissimo iuuentutis Scholasticæ, audita est ex quodam vestrorum hæc vox prophana & impia? *Corpus Christi reipsa esse, tam in Cæno, quã in Cæna.* Id si nescis, quære ex Professoribus, qui ei disputationi, cui Iohannes Matthæus Smalcaldësis præses datus erat, interfuerunt. Quære ex eo, qui Rector Academiæ illo tẽpore fuit, Medicinæ Doctor, qui iustissima cum indignatione vocem illam palam refutavit. Quære ex Scholasticis qui strepitu pedum eam exploferunt.

Vbi verò in scripturis, sanam esse hanc verborum formam reperiet Hun? quã nunc etiam toties inculcat? *quod humanitas in dextra potentia & præsentia. sit PRÆSENS* omnibus creaturis, unde necessariò sequitur, in Cælo, aere, aquis, terra, stellis, nubibus, aëribus, piscibus, fructibus arborum, lapidibus, quadrupedis, reptilibus, panibus, caseis, Cantharis cereuisiarijs, &c. *Car-nem Christi inesse.* Nam quæ Scripturæ dicta allegat, *Christum implere omnia, & quod figuratè dicitur, Omnia in manibus suis habere,* neq; hoc dicunt, neque sententiam talem continent, ut sæpe iam dictum est. Hun

Hunij.

XXIX.

Hun pag. 638.

Viderint autem Theologi Helmstadien-  
ses : viderint alij, qui corporalem præsentiam  
Christi se tueri dicunt, non quidem in  
omnibus Creaturis, sed in Ecclesia tantum,  
& in symbolis cœnæ: & quos Hun ait, dicere  
humanitatem Christi, si velit, posse quidem  
extra Ecclesiam quoque præsentem esse: non  
autem velle id facere: quomodo isti amico suo  
respondeant, haud ab re eis obijcienti, quod  
*aut concedere ipsos oporteat: Christum, si  
velit, posse humanitate sua etiam citra illius  
destructionem & abolitionem omnibus rebus  
conditis in illarum gubernatione adesse. (Quo  
modo uniuersa sua argumenta subruituri  
sint ipsi, quibus ex omnipresentia destructio-  
nem humanitatis necessario sequi conten-  
dant) Aut si dicant, per eam præsentiam,  
quæ omnium creaturarum respectu describi-  
tur, destrui essentiam humanitatis futu-  
rum, ut idem planè de præsentia humanita-  
tis Christi, qua suæ Ecclesiæ adsit, concedere  
necessè habeant.*

Responsio.

Narrant Catonem, Cùm nunquam in om-  
ni vita risisset, à risu abstinere non potuisse,

F

cùm

Cadmea pugnans inter defensores omnium presentium, & multipresentium, quae humanitas Christi statuitur praesens in omnibus, aut multis locis simul.

Cum asinos carduis pascentes vidisset. Quo spectaculo motus, ut similia similibus contigisse significaret, exclamavit: *Similes habent labra lactucas*: At verò non risum mouere, sed lacrymas pijs excutere debebat spectaculum gladiatorium, quo Theologi isti instar lanistarum mutuo se persequentes, Ecclesiam perturbant, moto certamine de dogmate non minus ex vna, quam ex altera parte à scriptura alieno.

Nam si praesentiam Christi in Ecclesia iuxta humanitatem, non de *κοινωνία* illa fidelium, quam habent cum carne Christi, mediante fide & spiritu Sancto, sed de multiuoli praesentia corporali, Et de mixtione corporis Christi cum corporibus fidelium, & coexistentia ad locum panis & vini in Eucharistia intelligas: tam non potest hoc probari ex factis literis, quam alterum illud probari non potest, quod omnipraesentia in omnibus creaturis humanitati Christi comperat. Neutrum enim scriptura sacra docet, neutrum articuli Fidei profitentur, neutrum orthodoxae veteris Ecclesiae testimonia confirmant.

Frustra igitur amici illi Humiani de multiuolipraesentia Corporis Christi pugnant, cum veris & firmis argumentis probare non possint, quod carnes suam ante diem extremum, extracereum in eas reducere: pluribus in locis simul sistere. sub symbolis reali & substantiali quadam belitescencia occultare, in aris & patinis

stat  
vel  
bus

affir  
num  
lit,

cont  
argu  
id e  
Mar  
est a

add  
quae  
& l  
lunt  
pend  
dext  
vide

qua  
lens

secu  
dum  
ita e  
sequ  
secu  
tum  
vsqu

sta

statuere: in manus, & ora, vel administrantium,  
vel usurpantium Eucharistiam ingerere: corpori-  
bus fidelium vel infidelium miscere velit.

Frustraneo etiam & temerario ausu Hun  
affirmat: Nihil opus esse, de voluntate quære-  
re: num humanitas Christi omnibus creaturis adesse ve-  
lit, quod voluntas hæc in sacris literis expressa &  
contestata extet. Nam quod paulò ante firmissimis  
argumentis id se ostendisse ait, ea Pyrgopolynicis,  
id est, militis gloriosi est Orario. Ad cuius, haud  
Mars ausit dicere, neq; equiparare virtutes suas, ut  
est apud Comicum.

Δεξιων autem & nuge mere sunt, Cùm  
addit Hun, de communicatione omnipresentiæ,  
quæ ratione primæ originis dici possit voluntaria,  
& libera (quatenus LOGOS carnem assumpserit vo-  
luntariè, à qua assumptione communicatio illa de-  
pendeat) post unionem verò factam, & sessionem ad  
dextram maiestatis immutabilis sit, eò quod causa  
videlicet sessio in omnipresentiæ solo, non mutetur.

Nam communicatio ista omnipresentiæ,  
qua ipsa humanitas Christi facta sit omnipre-  
sens, tota fictitia est: & ut re ipsa unionem non  
fecuta est: (Alioquin enim Christus secun-  
dum corpus, vno in loco nunquam fuisset)  
ita ex sessione quoq; ad dextram Dei minimè  
sequitur: Cùm Scriptura in Cœlis Christum  
secundum humanitatem ad dextram colloca-  
tum quære nos iubeat, non extra Cœlos,  
vsque ad extremum mundi diem.

Fictitia Car-  
nis omnipre-  
sentiæ, neq; in  
unionem per-  
sonali origi-  
nem habet,  
neq; causã  
vllam ex ses-  
sione ad dex-  
tram.

Hun pag.

634.

F 2

Hun

Redit autem Hun ad disputationē de phra-  
si ambigua: An dici possit, LOGON extra car-  
nem esse. Et argumentum hoc sibi obijcit:  
*Quòd quemadmodum totus Deus ita sit in  
omnibus creaturis, ut etiam sit extra illas:  
Sic ad asserendam infinitatem LOGOV, ca-  
uendamq; eius inclusionem, & declinan-  
dam vicissim carnis infinitatem, statuen-  
dum sit: LOGON esse in humanitate, &  
extra humanitatem.* Sentit enim homo  
cauteriatæ conscientiaæ stimulum argumenti  
huius. Ideo ex longo interuallo superioris  
disputationis huc se recipit.

Fallacia se-  
eundum  
quid.

Quid verò respondet? *Alia, inquit, ratio est  
assumptæ naturæ, & reliquarum naturarū seu crea-  
turarum.* Id verum est κατὰ τι, id est, aliqua  
ratione, qua scilicet sola illa assumpta natu-  
ra facta est Filij Dei humanitas propria, & unū  
cum eo hyphistamenon constituit: non autē  
propterea, quasi natura ipsa assumpta fines aut  
terminos naturæ vel creaturæ excesserit, aut  
quòd assumptio, TON LOGON intra corpus  
Christi magis concluderit, quàm Deum ipsū  
aut LOGON intra creaturas cæteras.

Itaque ἀσολεχία est, cū Hun inquit:  
*Cæteræ Creaturæ non sunt in hypostasim vnigeniti  
assump-*



assumptae vel intromissae: sed cum ipsae extra verbi hypostasim, suam existentiam habent, tum vicissim LOGOS sic in illis est, ut etiam sit extra illas. Atque haec est illa διαφορά inter LOGON & inter creaturas orbis. In carne assumpta autem neutrum horum locum habet. Nam neque Caro est extra hypostasim LOGOY, sicut alias res omnes caeterae: nec LOGOS est extra carnem sua hypostasi, quia LOGOY hypostasis per unionem facta est humanitatis hypostasis, ut Damascenus scribit. Hypostasis autem nunquam & nusquam est extra id, cuius est hypostasis.

Vult Hun asserere: LOGON non esse extra Corpus suum. At quomodo assertionem hanc probat? Quia sola humanitatis natura assumpta sit per unionem à LOGO: ait, Caeteras creaturas non esse in hypostasi TOY LOGOY, sed extra eam: Carnem verò assumptam esse in hypostasi LOGOY, non autem extra eam hypostasim. Inde igitur lequi affirmat, quòd in caeteris Creaturis LOGOS ita sit, ut sit etiam extra illas: In Carne verò assumpta, quòd LOGOS ita sit, ut extra hanc carnem non sit, propterea quod hypostasis LOGOY per unionem facta sit humanitatis hypostasis.

Haec verò Magistralis ratio probandi est, ambiguis verbis & phrasibus fucum facere lectori, & principium perpetuò petere.

Ambiguae phrasès sunt, creaturas caeteras esse extra hypostasim TOY LOGOY: & carnem Christi non esse extra hypostasim LOGOY.

F 3

Quae  
si ad

Analysis Sophisticae  
rationationis  
Hunij.

Congeries  
ambiguarum  
locutionum  
Hunij in  
responsione ad

si ad vnionem hypostaticam referantur: verum est, nullam creaturam sic in hypostasi  $\tau\omicron\upsilon\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$  esse, vt hypostaticè vnita sit  $\tau\omicron\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$  præter carnem assumptam. Neque tamen, si creaturæ cæteræ  $\tau\omicron\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$  hypostaticè vnitæ non sunt, propterea, *simpliciter extra LOGON sunt*. Si enim in Deo viuimus, morimur, & sumus, & si omnia gestat Deus verbo potentia suæ: Aliqua saltem ratione, *creaturæ extra ipsum non erunt*, etiam cùm ad generalem seu vniuersalem creaturarum sustentationem respicias, non ad specialè Sanctorum, aut beatorum hominum & angelorũ gubernationem.

Inter LOGON  
& creaturas  
esse diastasin

Noua item & ambigua hæc locutio est, qua Hun dicit *Διαστάσις*, distantiam quandã esse inter LOGON, & creaturas, quæ in orbe existunt: Cùm LOGOS nulla locorum intercapedine absit ab vlla creatura, siue minima, siue maxima.

Humanitatis  
Christi nul-  
lam diasta-  
sin esse a re-  
bus creatis.

Methodius  
dicit quod  
Christus non  
fuit a discipulis  
visibiliter  
discessit

Vide autem studiũ Hunij in implicandã & obscurandã veritate orthodoxa. Humanitatis Christi *Διαστάσις*, id est distantiam à creaturis orthodoxi asserunt:  $\tau\omicron\upsilon\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$  autem ad creaturas Diastasin esse, id est, abesse LOGON ab vlla creatura, haud temere negant. At Hun nullam humanitatis *ΔΙΑΣΤΑΣΙΝ* à creaturis cæteris, id est, vt ipse exposuit, distantiam siue discessionem, siue absentiam admittit, nisi quod fassus est, discessisse Christũ à discipulis visibiliter.

Interim

Interim verò *ἡ ἁπόστασις* inter LOGON et creaturas ponit, ambigüe quidē, sed nouè, & periculosè si ad vocem ipsam, & huius interpretationem respicias, de humanitate antea traditam.

Verum hanc *τὸν λόγον*, & aliarum creaturarum diastasin aliter fortè hoc loco interpretabitur, vt sit sententia: *hanc illam esse diastasin inter LOGON & inter creaturas orbis, quòd LOGOS cum nulla creatura praeter carnem assumptam vnitus sit vnione hypostatica.* Mentem ergo suam clarius explicet, & linguā corrigat.

Sed & hoc ambigüū est, quòd LOGON *negat extra carnem esse hypostasi sua.* Quod si ita intelligit, vt sentiat LOGON perpetuò cum carne sua vnitū esse vnione hypostatica, cur aduersarios sibi fingit, qui nulli sunt? Nemo enim negat, indissolubiliter LOGON cū carne, & carnē cum *λόγῳ* sic vnitam esse, vt vnū sit hypostaticum, & vt humana natura in se, & per se nequaquā subsistentiā propriam habeat: sed hoc ordine à *λόγῳ* dependeat, vt ne esset quidem, nisi sic assumpta esset. Quam esse sententiam etiā verborū Damasceni certum est (vtcunq; ea sibi elegerit Hun, quòd vel obscuritatis, vel ambiguitatis aliquid habere viderentur) cū inquit, *τὸν λόγον* hypostasin per vnionem factam esse humanitatis hypostasin.

Stante autem hypostatica hac vnione, illud ipsum tamen quæritur: *An nullo modo dici possit LOGON sic in carne esse, vt etiam sit extra*

LOGON non  
extra esse  
carnem.

Petitio Princi-  
cipij.

Alia am-  
biguitas  
quodd hypo-  
stasis non sit  
extra id, cu-  
ius est hypo-  
stasis.

*extra eam?* Hic quid tandem affert Hun, quo phrasin hanc recte explicatam oppugnet? principium scilicet petit, quod negationem vocant Dialectici. Nam rursus ambiguitas: *Hypostasis inquit, nusquam & nunquam est extra id, cuius est hypostasis.* Quod si intelligas, hypostasin nunquam separari ab eo, cuius est hypostasis, seu vt Scholastici olim locuti sunt, nunquam desinere suppositum esse eius, quod in se sustentat, seu cuius est suppositum: quid aliud dicitur, quam quod vltro concedunt, quos Hun aduersarios sibi fingit? *Nimirum LOGON nunquam & nusquam existere, quin vnitus sit & maneat cum carne suo vnione hypostatica.*

August. Fili-  
us Dei in cor-  
pore suo to-  
tus, & extra  
corporis sui  
templum v-  
bique fuit  
totus.

Sin autem hypostasin τοῦ λόγου, hoc est LOGON ipsum in hac carne (cuius est hypostasis, id est, quam carnem velut partem, vt Damascenus loquitur, per vnionem sibi adiunxit) In hac ergo, si LOGON ita esse sentit, vt ratione infinitatis essentiae suae, extra carnem non sit: nequaquam haec erit probatio τὸν κενὸν αὐτοῦ, sed repetitio saltem, & inculcatio eius quod controuertitur.

Ex quo haud difficulter expedire se potuisset, si veritatem sincerè quæreretur, ac litem ex lite serere propositum sibi non haberet. Nam LOGON ratione infinitatis suae sic esse in omnibus, vt sit simul extra omnia: ad differentiam naturae assumptae, & aliarum crea-

creaturarum nihil pertinet. In eo autem momentum omne situm est, *Quod LOGON in carne assumpta esse, & eundem in creaturis esse, toto genere differunt.*

Quia in creaturis: TOY LOGOY hypostasis, id est, LOGOS ipse, praesentia vel generali est, quoad conseruationem, vel speciali, quoad inhabitationis gratiam. Tantum vero in carne assumpta hypostasis TOY LOGOY, seu LOGOS ipse, est praesentia singulari, quam vnionem hypostatica Ecclesiam nominat. Hanc simplicem veritatem, si retineret Hun, nihil inde praesidij haberet ad Vbiquitatem suam tuendam: nihil coloris ad calumniandos aduersarios suos, qui Vbiquitati contradicunt.

Quorum vtrumque ipsi ceu Scopum primum propositum esse, ea quae mox sequuntur, ostendunt.

## XXXI.

Hun pag. 641.

*Quia*

Discrimen praesentiae TOY LOGOY in carne assumpta, & in creaturis caeteris, non est petendum ex infinitate LOGOY (in omnibus & extra omnia propter immensitatem essentiae suae existentis) Sed ex modo illo eximio vnionis. (vt Iustinus Martyr loquitur) qui cum sit hypostaticus, id est, efficiat vt LOGOS & caro assumpta sint vnum hypostaticum: soli naturae humanae Christi, non vlli alij creaturae competit.

*Quia LOGOS sic est in natura humana, inquit, ut hæc in realem veniat  $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\upsilon\iota\alpha\upsilon$ , hypostaseos ipsius: hinc adeò Nestorianum illud (extra) per istam hypostaseos communionem realem dissipatur & refellitur.*

### Responsio.

**Calumnia.** Calumnia est, quod particulam extra carnem (quæ non vnioni cum carne opponitur, sed ad describendam infinitatem LOGOY refertur) cum Nestoriana separatione naturarũ, aut diuisione vnus eiusdemq; personæ confert.

**Ambiguitas in voce communionis.** Vbiquitatis autem Eutychieanæ patrocini-um suscipit, obtrusa reali communionem, quam sic ambigüè vocat, tum hypostaseos, tum, vt alibi passim inculcat, idiomatum TOY LOGOY, in quam communionem, natura humana venerit.

**Qualem communionem agnoscant orthodoxi.** Absit verò, vt communionem LOGOY & idiomatũ eius cū carne, simpliciter & in vniuersum repudiēt orthodoxi: quorũ libris hoc debent Vbiquitarij, quod sciunt Samosateni hæresin fuisse: dicere naturas in Christo  $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\upsilon\iota\alpha$   $\tau\omicron\upsilon\omicron$  esse, id est, nullam prorsus inter se communionem habere. Sed communicatio hæc ipsa est vnio. Et sicut naturæ communionem inter se habent, id est, vniuntur in persona Christi, sic vt filius Dei verè & essentialiter sit homo, & hic homo verè & essentialiter sit filius Dei: Ita com-  
municatio

municantur, seu vniuntur etiam idiomata in  
 persona Christi, vt hic homo, qui est filius  
 Mariæ virginis, idēq; Dei filius, realiter ac ve-  
 ré sit omnipotens, omnipræsens, omniscius,  
 æternus, infinitus, creator & conseruator cœli  
 & terræ: & vicissim filius Dei, qui idem est &  
 hominis filius, sit infra Deum: sit in tempore  
 factus ex muliere, sit circumscriptus corpo-  
 re, sit visibilis ac palpabilis, sit in loco certo  
 secundum veri Corporis modum &c.

Hæc communio est, quam Orthodoxi  
 docent tribuentes non naturæ humanæ per  
 vocem abstracti, sed personæ Christi, subsi-  
 stenti in naturis duabus, voce concreta, hy-  
 postasin & idiomata vtriusque naturæ essen-  
 tialia.

At Hun insidias veritati struit, amphibo-  
 logia *realis communionis hypostaseos & idiomatum.*  
 Et paulò post, *Mariæ statis omnipræsentiæ Commu-  
 nicationē humanitati collatam esse dicit, id est, Non*  
*hominem istum, natum ex Maria virgine, sed*  
*ipsam humanitatē vult omnipræsentem factā*  
*esse. Quod si igitur communionem hypostaseos, in*  
*quā ait venisse naturā humanā similiter intelligi*  
*vult: Non quod homo iste, qui idem est filius*  
*Dei, sed quod ipsa quoq; humanitas sit hypo-*  
*stasis: quid absurdi? & magis hæreticū dici pos-*  
*test, quā cū Nestorio ponere geminas hyposta-*  
*ses? &*

Huniana  
 communio  
 Pag. 641.

Communiō  
hypostaseos  
& idiomatū,  
qualem Vbi  
quiste fin-  
gunt, Vicina  
Nestorianif-  
mo & Euty-  
chianismo.

& cum Eutychanis, naturas duas omnipo-  
tentes & omnipræsentes in Christo statuere?  
*Sicut Brentius, & Iacobus Andrea, diuinitatem ab  
aeterno & originaliter secundū sese omnipotentē &  
omnipræsentem esse: Humanitatem verò in tempo-  
re, & ex communicatione reali maiestatis diuinæ  
omnipotentē & omnipræsentem factam esse scribunt  
& sentiunt.*

Quòd si Hun posterius hoc, de Idioma-  
tum diuinorum communicatione tali, quā  
humanitas ex dono Deitatis, in vnione facta  
sit omnipotens & omnipræsens, retinet: prius  
autem illud, de communicatione hypostase-  
os, in quam natura humana venerit, aliter  
intelligi vult, neq; humanitatem ipsam, hy-  
postasin factam esse sentit: Cur formam sa-  
norum verborum non retinet? Cur phrasibus  
ambiguis ludificatur Ecclesiam? Cur dissen-  
tientes à se Nestorianos proclamat? is qui per  
realem istam suam Idiomatum communica-  
tionem in naturam humanam collatam, to-  
tus in cœno Eutychanismi immerfus est.

## XXXII.

Hun pag. 641.

Argumentū  
Hunio oppo-  
situm per  
Dilemma.

Quàm bella verò elusio est obiectionis,  
etiā ab illis ipsis amicis suis Hunio oppositæ?  
*de infinitate nature humane, aut certè de  
inclusionē ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ in naturam carnis  
fini-*



finitam, si negetur LOGOS sic in carne esse, ut prorsus extra carnem non sit. Nectamen, inquit, periclitatur propterea vel LOGOY infinitas, vel humanitatis finitas, neque ulla fingitur LOGOY in carne inclusio, vel circumscriptio geometrica. Hæc namque sequitur localitatem, à qua carnem saluatoris, respectu unionis cum LOGO & sessionis ad dextram nouimus plane esse liberam.

Elusio argumenti Huniana.

### Responsio.

Significat Hun, tum aliquid momenti habiturum esse argumentum (quod ipsi in vniuersum neganti, quod LOGOS sic in carne sit, ut simul sit extra carnem, obicitur) si nempe natura humana localis esset. Localitatem autem negat locum habere in humanitate vnita, τῷ λόγῳ, & sedente ad dextram Dei.

At falsissima est hæc Hunij hypostasis. Nā & circumscriptum & locale est Corpus Christi in ipsa vnione & sessione ad dextram Dei in cœlis. De quo supra copiosius dictum est. Periculum ergo non aueritur, sed accersitur & confirmatur ab Hunio, ut si LOGOS nullo modo est extra carnem, necesse sit, aut humanitatem Christi finitam non esse, aut LOGON infinitum non manere, utpote inclusum

Corpus Christi circumscriptum atque locale esse, non tollitur per vnionem, aut sessionem ad dextram Dei.

aut

aut circumscriptum carne, dimensionibus quidem geometricis, quibus finitæ res omnes mensurari possunt: Falsitate autem rei Vbi-  
quistica,

## XXXIII.

Hun pag. 641.

*Sed non eiusmodi, pergit Hun, traditur à nobis circumscriptio, inclusioq; verbi, Sed asseritur admiranda illa ὑπαρκωτικὴ quæ LOGOS infinitus manens, in humanitate finita permanēte, habitat omni plenitudine Deitatis sue, ita ut non sit extra illam,*

## Responsio.

Extra car-  
nem esse per  
infinitatem  
essentię  
LOGOY, non  
repugnat in  
carnationi  
LOGOY, & v-  
nioni perso-  
nali.

Atqui manet admirabilissima illa unio hypostatica, manet incarnatio, manet inhabitatio omnis plenitudinis Deitatis in Christo, ὑπαρκωτικὴ, id est, per modū unionis personalis, etiamsi LOGOS sic in carne assumpta sit, ut nō per separationē à carne, sed ratione infinitatis essentię suę, extra carnē sit. Quod qui negat, ut simpliciter & sine omni restrictione additoties negat Hun) is periculū, vel infinitatis τῆ ὑπαρκωτικῆς, vel finitatis inclusionisque τοῦ Λεγοῦ in corpus illud assumptum cauere non potest.

Itaque mox Soricis instar suo se prodit iudicio Hun, cūm addit: *Ex hac immanentia, qua LOGOS nunquam et nusquam extra carnem suam existit: alterutrum horum sequi non inficiamur:*

*mur: videlicet aut LOGOY coarctationem intra corporis assumpti angustias (quam opinionem vt absurdam repudiamus) aut certè maiestatis omnipræsentiæ communicationū humanitati collatam, quæ præstat, vt etsi LOGOS nullibi sit extra naturam, quam assumpsit, non tamen ita sit ea circumclusus, vt à caeteris creaturis absit.*

Quorum verborum hæc sententia & summa est: Si LOGOS in carne est, vt extra carnē nō sit, sequitur, aut fatendum esse, quod inclusio fiat TOY LOGOY in carnem: aut omnipræsentiā carni attribuendā esse, vt nullibi sit LOGOS nisi vbi etiam Caro existat. Atqui carnē omnipræsentiē esse, quid est nisi infinitam factam esse? Quod cum sit falsissimū, ex lege & regula syllogismorū, qui ex disiunctiuis fiunt, per remotionē posterioris membri, de omnipræsentiā carnis, valebit cōsequentiā in asseueratione prioris membri, videlicet, vt si Caro omnipræsens seu infinita non est, & LOGOS inclusus fingatur carni finitæ.

*Sed repudiamus hanc opinionem vt absurdam, inquit Hun. Aut igitur probet omnipræsentiā infinitam carnis, quæ non minus est absurda, aut hoc relinquat quod temerè oppugnat, videlicet LOGON sic esse in carne, vt ei sit ac maneat vnitus vnione hypostatica: & tamen per infinitatem essentiae suae sit etiam extra Carnem.*

Tum

Petitio principij. Nam hæc ipsa communicatio omnipræsentiæ, significum est Huniani.

Hun pro infinitate carnis, quam expressè nominare non audeat, omnipræsentiā substituit subdole.

Protestatio Hunij contraria facta.

Immanentia  
LOGOS in car-  
ne discernē-  
da est ab im-  
manentia  
personarum  
diuinitatis  
intra sese.

Tum autem extra carnem non esset LO-  
GOS, si unio duarum naturarum in Christo,  
immanentia seu περιχώρησις eiusmodi esset,  
qualis est trium personarum diuinitatis, qua  
propter infinitatem unius eiusdemque essen-  
tiæ, pater ita est in filio, & filius in patre, &  
Spiritus sanctus in utroque, ut nusquam &  
nunquam hypostasis Patris sit extra hyposta-  
sin filij, aut hypostasis filij extra patrem, aut  
Spiritus sancti hypostasis extra patrem & filium.  
At talis immanentia & περιχώρησις  
hypostaseon diuinitatis, præterquam quod  
unionem personalem non efficit: ne quidem  
accommodari potest ad naturam Carnis,  
cui personali unione LOGOS vnitus est.

Totam quidem in se cōtinet humanita-  
tem & LOCOS, & in ea totus lucet: Sed non vi-  
cissim, Caro finita ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ infinitum in-  
tra se continet, quin LOGOS & sit in carne per  
unionem, & extra carnem in rebus omnibus  
per infinitatem essentia.

Id non obscure docet hoc Hieronymi di-  
ctum in Epistola ad Marcellam: *Sic in corpore  
Dominico, etiam ante resurrectionem habitauit  
Deus verbum, ut in patre esset, & Cæli circulum  
concluderet, atq; in omnibus infusus esset. Et rura-  
sus: Stultum est illius potentia vnus corpusculi para-  
uitate finire, quem non capit Cælum. Et tamen  
qui vbique erat, etiam in filio hominis totus erat.*

Diuina

*Diuina quippe natura, & Dei sermo in partes secā  
ri non potest, nec locis diuidi.*

Si omninò extra carnem LOGOS non est,  
per essentiæ infinitatem, quomodo cœli cir-  
culum, qui intra corpus Christi non est, cir-  
cūcludit? quomodo omnibus (quæ sunt extra  
carnē) infusus est? quomodo eum cœlū non  
capiet, qui extra corpusculi vnus paruitatem  
non est: præsertim cū hoc ipsum corpusculū  
cœlo susceptum sit, & à cœlo contineatur?  
Quod si diuinitas τοῦ λόγου est ἀμέρισος,  
sic vt neque pars illius abesse, neque pars alia  
adesse possit: Sed tota sit vbiq;, quomodo nō  
tota in humanitate, & tota extra humanita-  
tem erit? Non enim in aliquo sui puncto ē LO-  
GOS cum humana natura cohæret, sed totus  
est in carne: totus in omnibus: & carnem,  
ac res creatas omnes in se continet, non au-  
tem à carne, & creatura vlla continetur.

### XXXIII.

Hun. pag. 642.

Multò autem clarius est dictum Athanasij,  
quàm vt futili hac cauillatione Hunij eludi  
possit.

*Athanasius, inquit Hun, recte scri-  
bit, quod λόγος non sit carne circumclusus,  
vt à ceteris creaturis absit: Simul etiam ve-  
rè asserit, filium Dei extra rerum essentias*

G versā

versari. Sed nunquam id dixit, aut dicere ausus fuit, LOGON esse extra corpus suum. Quia assumptæ carnis agnouit rationem esse multo aliam.

### Responsio.

Singularis  
modus præ-  
sentiaæ seu v-  
nionis cum  
carne nõ tol-  
lit infinitatē  
essentiaæ Lo-  
gu, qua in  
carne est &  
extra car-  
nem, itemq;  
in creaturis  
omnibus, &  
extra eas.

Agnoscit tanè Athanasius rationem ali-  
am esse assumptæ Carnis, quam aliarum crea-  
turarum: Quia hæc sola Caro facta est verbi  
propria, & in Verbo subsistit, seu cum eo est  
vnum hypostamenon, quod de nulla alia crea-  
tura fingi aut dici potest. Nequaquam ve-  
ro Athanasius sic in carne præsentem statuit  
TONLOGON, vt extra carnem, atq; etiam præ-  
ter locum eum, vbi Caro est, ὁ λόγος non sit  
alibi, infinitate essentiaæ suæ, etiam extra carnē  
non ita sit, vt desinat eam gestare & sustenta-  
re in sua hypostasi.

Verba Athanasij hæc sunt, de incarnatione  
verbi Dei, eiusq; corporali ad nos aduentu. Ne-  
quaquam eodem modo (scilicet vt mens actū vimq; suā  
extra corpus nõ porrigit, nec quæ loquiqua sūt, ea sua  
præsetia mouet) Dei verbum in corpore humano vera-  
sabat, vt quod ibi colligatū nõ esset, sed potius cor-  
pus in se cōtineret, adeo vt & ibi esset, et in omnibus  
existeret, & extrarerū essetias versaretur, & in solo  
patre requiesceret. Et paulo antè: Non in corpore  
LOGOS circūclusus erat, neq; cū in corpore aderat, ali-  
bi deerat, neq; cū illud mouerat, alia eius vi, actū, &  
providētia destituta fuerūt: Sed quod summa ad  
admi

mirationis est, ea omnia ipse, vt LOGOS à nemine contentus continebat.

Disertè ait Athanasius, *Verbū in corpore esse: & in omnibus existere.* At omnia illa, non in corpore sunt. Est igitur LOGOS ( qui in corpore est ratione vnionishypostaticæ) extra corpus quoque in omnibus, ratione essentia, infinita, secundum quam, neque vllarum rerum essentis, neque corpore suo continetur, aut circumclusus est. Ait item: *Cū in Corpore adest verbum, non deesse alibi.* Id verò de corpore dici non potest, quòd ita adsit in aliquo loco, vt alibi non desit. De LOGO autē verissimum est, quod & in corpore suo sit per vnionē hypostaticam, & in locis ac creaturis alijs omnibus, quæ sunt extra corpus, per immensitatem essentia.

Deniq; à nullo cōpræbendi ait *Verbum.* Non igitur in corpore suo est, vt extra illud, ratione incomprehensibilis essentia, esse non possit.

## XXXV.

Hun pag. 642.

*Sed contrarium, inquit Hun, constanter & disertè pronunciat Athanasius in Oratione secunda & quarta contra Arianos.*

## Responsio.

Verba ipsa Athanasij non allegat Hun: quæ mihi requirenti occurrit, quod idem ille Athanasius

obis vultu  
quod m  
...  
Logon sic in  
carne esse, vt  
etiam extra  
carnem sit,  
adeò nō pu-  
gnat cum A-  
thanasij sen-  
tentia, vt fir-  
miss. potius  
consequētia  
inde extrua-  
tur.

ye  
m.  
sse  
li-  
ea-  
rbi  
est  
re-  
ve-  
uit  
ra-  
lit  
mē  
ca-  
one  
Nes  
suā  
sua  
vera  
cora  
ibus  
solo  
ore  
alis  
, &  
ada  
dmi

Abusus dicto-  
rum scriptu-  
re & patrum,  
in depravati-  
one veri sen-  
sus.

*nasius Oratione 2. Arianis obijcit, quod ex sacris elo-  
quijs cauillationes suas conficiant, & sacra eloquia  
vi ad suam sententiam falsis interpretationibus de-  
torqueant, quibus necesse sit responderi, vt veritati  
illa vindicentur, eaq; ostendantur rectum quidem  
habere intellectum, sed ab istis malitiosè vsurpari.  
Sic Hunium apparet, & sacrae scripturae, &  
patrum dictis destinato proposito abuti, eaq;  
neglectis orthodoxis explicationibus in alie-  
num sensum rapere.*

Distinctio  
caeli & terre  
ratione loco-  
rum.

*Ita autem Athanasius oratione 2. Exaltari  
verbum dicitur ab Inferioribus Locis terrae, Quia  
mors quoque ipsius exaltatio appellatur, & vtrumq;  
de eo dicitur, quoniam eius erat, ac non alterius cor-  
pus, quod exaltatum fuit ex mortuis, & in Caelos  
subuectum.*

LOGOS extra  
corpus non  
est, id est,  
non sine cor-  
pore, non dis-  
iunctus, ne-  
que separa-  
tus à corpo-  
re.

*Iam verò, cum eius sit corpus, neque verbum  
sit extra corpus suum, meritò exaltato corpore, ipse  
vt homo, ratione corporis exaltatus esse memora-  
tur.*

*Negligit Hun, quod Athanasius hinc ait  
LOGON exaltatum esse ab inferioribus locis terrae &  
secundum corpus in Caelos subuectum. De quo  
& Oratione 4. ait, Christum hominum more ascen-  
disse, atque extulisse in Caelum, quam gestarit car-  
nem. Cum quo nunquam Hun suum illud  
somnia Vbiquisticum conciliabit, qui as-  
censionem Christi in disparitionem corporis,  
& illocalem omnipraesentiam commutat.*

*Arripit autem clausulam hanc: Verbum non  
est*



*est extra suum corpus.* Quod quo sensu & mēte ab Athanasio vsurpetur, bis repetita illa verborum forma docet: *quòd corpus hoc ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ sit, nō alterius.* Hoc enim sētit Athanasius. Eatenus LOGON extra corpus non esse, quatenus sēper corpori huic vnitus manet. Vnde corpus istud, vbicunque est, siue in terris, siue in sepulchro, siue in cœlis, ipsius semper corpus est, & non alterius.

Logos extra carnem non est, secundum quid.

Quod si LOGOS, ratione infinitatis essentiae suae, prorsus non fuit extra corpus indissolubiliter sibi vnitum: explicet nobis Hun, si potest, quomodo in morte Christi (in qua verè facta est dissolutio animae & corporis) interuallis locorum diuersis segregata & separata fuerint anima & Corpus Christi? & vnio tamen hypostatica ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ neque cum corpore neque cum anima, soluta fuerit. Iacet corpus exanime in sepulchro. Est in paradiso anima. Quòd si λόγος, nullo prorsus modo extra corpus fuit, quomodo cum anima fuit, quae intra corpus tūm non fuit? Aut si totus LOGOS, extra corpus in anima: idemque totus, extra animam in corpore fuit, sic tamen vt vtrique tam animae quàm corpori verè vnitus esset: quomodo vnio hypostatica dissoluitur, si LOGOS totus dicatur in humanitate assumpta esse, & totus extra humanitatem, ratione immensitatis essentiae suae, secundum

Negare simpliciter Logon esse extra corpus, negare mortem Christi, id est dissolutionem animae à corpore.

cundum quã, & in sinu patris est, & in rebus omnibus, quas ipse quidem continet: humanitas autem ipsius, extra quam illæ sunt, minimè intra se continet.

Pag. 244.  
lin. vlt. &  
pag. 245.

Extra corpus, id est, sine corpore LOGOS nunc non consistit, quia homo est factus, & corpus hoc ei est proprium, & non est seorsum à corpore, sed in corpore opera sua facit.

Similiter Oratione 4. non simpliciter, sed secundum quid negat Athanasius, LOGON extra carnem esse. Probe, inquit, Prophetæ locutus est, Gestavit infirmitates nostras: Non autem curavit, ne quasi extra corpus diuinitas consistens, corpusque sanans, vti semper fecit, (id est, etiam ante incarnationem) obnoxios iterum mortis homines relinqueret. Cæterum infirmitates nostras ipse baiulat, & peccata nostra ipse gestat, vt in conspectu sit, eum hominem propter nos esse factum, & Corpus, quod peccata ferebat, illi esse proprium. Et ipse quidem nihil ledebatur, efferens peccata nostra in Crucem, vna cum Corpore suo, vt Petrus dixit, vt nos mortales ita à nostris passionibus liberaret. Quocirca cum eius caro patiebatur, ipse non erat EXTRA corpus. Ideoque ea ipsa passio, illius nuncupatur. Et cum diuinitus designaret opera patris, non erat SEORSUM à sua carne, sed in ipso suo corpore hæc opera patrabat.

Quis non agnoscat, Athanasio hinc extra corpus idem esse, quod absque corpore? Non enim absolutè seu ἀπλῶς ait, quod λογὸς extra corpus non sit, sed quod extra corpus humanitas non consistat, id est, vt ipse se explicat, quia homo propter nos est factus, & corpus, quod peccata ferebat.

ta ferebat, illi est proprium, Deinde tanquam  
æquipollentia hæc coniungit: non erat extra cor-  
pus: & non erat seorsum à suo corpore.

At Hun rectius fecisset, si locum totum  
Athanasij considerasset, qui multa alia ipsius  
& reliquorum Ubiquistarum paradoxa euer-  
tit. Fingunt enim Ubiquistæ, & pertinaci-  
ter defendunt: miracula fieri per communi-  
catam, seu collatam in humanitatem Chri-  
sti omnipotentiam diuinam. Fingunt, suo  
quodam modo diuinitatem Christi passam  
esse, Fingunt realem idiomatum commu-  
nicationem, quâ quod vnius naturæ est, &  
prædicetur de altera, & re ipsa alteri naturæ  
insit.

Athanasius verò in hoc loco ( ex quo, vt  
aranei ex fragrantissimo Flosculo veneni materiam  
sugunt: sic Hun clausulam istam temerè arreptam,  
LOGOS non erat extra corpus, in alienum sensum  
detorsit) διὰ γρηῃ πλὴν τὸ μῆναι ἴστα ρεῖϰεῖτ, & do-  
ctrinam orthodoxam, quàm Calvinisticam  
Ubiquitarij ridicule vocant, expressè ponit  
ac confirmat. *Quæ propria sunt carnis, inquit,  
etiam de verbo, quod assumpta carne factum  
est, referuntur: Nimirum, quia in carne consti-  
tebat, qualia sunt, esurire, sitire, pati, fatigari,  
aliaque id genus, quæ Caro in se recipit.*

Quin & ea opera, quæ sunt propria verbi, qualia  
sunt, Mortuos excitare, Cæcis visum reponere,

G 4

bemor

Locus Atha-  
nasij, ex quo  
Hun particu-  
lam decer-  
pit, eamque  
deprauatam  
allegat, mul-  
ta Ubiquista-  
rum parado-  
xa euertit.

Si Calvinistâ  
câ hæc do-  
ctrina est:  
fuerit etiam  
Athanasius  
Calvinista.

Orat. 4.  
pag. 344.

Miracula  
propria ver-  
bi.

Fidem re-  
ctā, inquit  
eodē loco,  
pag. 247. A-  
thanasius:  
benè tuebi-  
mur, si, quod  
utriusq; natu-  
ræ proprium  
est, confide-  
remus: vt ab  
vno utrūque  
præstari ani-  
maduertā-  
mus: Id si à  
nobis fiat,  
nunquam in  
errorem pro-  
labemur.

Theandrica  
apotelesma-  
ta, utriusque  
naturæ, acti-  
onem singu-  
lis propriam  
relinquunt.

*bæmorrhousam sanare, Ea quoque omnino corporis ministerio per agebantur (Ministerio corporis inquit, hæc quæ si recitat facta esse. Et tamen opera Verbi propria esse affirmat) Et quemadmodum verbum, Carnis infirmitates baiulabat, vt suas (Neq; idmirum. Erat enim Caro ipsius) ita rursus (Cum caro suo ministerio Diuinitatis operibus inseruiebat) illa opera in carne fiebant, Quia Caro illa erat Corpus Dei.*

Mutua communicationem idiomatum naturæ utriusque agnoscit Athanasius, cuius fundamentum & causam esse dicit, non realem aliquam effusionem proprietatum vnius naturæ in alteram, sed quia *LOGOS in carne consistebat, & Caro illa erat Dei Corpus.*

Et rursus de actionibus Theandricis, in quibus non natura utraque vnum & idem agit, sed natura vna agit cum communicatione alterius, vnaquaque agente quod proprium est. *Certè cum necessitas requirebat, vt socrum Petri febrientem excitaret, humano quidem more manum extendit, diuinitus autem morbum compescuit: & in Cæco à natiuitate, humanum è Carne emisit sputum, diuinitus autem, oculos aperuit per lutum: In Lazaro autem vocem quidem vt homo edidit, diuinitus tamen vt Deus eundem è mortuis excitauit. Ista autem eo modo facta sunt, eaq; ratione adhibita, ne imaginarium ac non verum corpus habere crederetur. Congruum enimerat, vt Dominus, Cum indueret humanam carnem, eam solidè*  
Cum

cum omnibus suis passionibus indueret. Vt enim hoc proprium eius corpus, ita & corporis passiones, ipsius passiones appellantur, etsi ea non pertingerent ad diuinitatem. Nam si id corpus alterius fuisset, passiones quoque alterius dici debuissent: Sin autem contra, Verbi erat Caro (Verbum enim Caro factum est) necessum est, passiones Carnis, eius quoque dici, cuius est illa Caro. Cuius porro dicuntur passiones esse, quales imprimis sunt, condemnari, flagellari, sitire, Crux denique, & mors ipsa, aliaeque Corporis afflictiones, eius quoque virtus & gratia in ijs, quae per Corpus gesta sunt, haberi debet.

Passiones non pertinent ad Christi diuinitatem.

Antidosis mutua in communicatione idiomatum. Non ad naturam sese, sed ad personam referenda.

## XXXVI.

Hun pag. 642.

Iam quod Hun de argumento quorundam affert, *Quia LOGOS non tantum interiores, sed etiam exteriores partes Carnis assumpserit: ideo extra carnem quoque esse: viderit ipse quos notet, & respondeant, ad quos res pertinet.*

Sed quod ad refutandos illos simile de anima profert: *Anima, inquiens, hominis, vnita certè est etiam cum exterioribus partibus corporis, cum cute &c. Nec tamen quisquam est tam absurdus, qui contendat, animam esse essentialiter extra suum corpus. Quare nec de λόγῳ eiusque humanitate tale quippiam concluditur.*

In eo, quàm sit absurda collatio facilè intelligi

Non valet  
consequētia  
ab exemplo,  
cum est dissi-  
militudo.

Alia ratio ef-  
fētiæ anime,  
Alia Deita-  
tis.

telligi potest. Nam anima, quamdiu homo  
superstes est, essentia sua intra corpus est, non  
extra corpus, quia finita est. LOGOS, etsi vni  
carni assumptæ hypostatica vnione coniun-  
ctus perpetuò est, in eaq; totus lucet: infinitæ  
tamē essentiæ est, ideoq; per infinitatem hanc  
essentialem, etiam extra carnem in alijs re-  
bus omnibus est, & in sinu patris. Itaque  
Hun suo se gladio iugulat, cum addit: *Interim  
non negamus LOGON esse infinitæ essentiæ: Car-  
nem verò naturæ finitæ.* Quod si ita est (vt fateri  
quanquā inuitus cogitur) cur exēplum ani-  
mæ dissimile allegat? Cur LOGON intra cor-  
pus concludit, vt extra corpus nulla planè ra-  
tione sit, sicut anima corpori suo inclusa est,  
quamdiu homo superstes est?

## XXXVII.

Hun pag. 643.

Calumnia  
Huniana,  
quasi exten-  
sio seu expan-  
sio diuinita-  
tis statuatur  
ab orthodo-  
xis.

Quàm friuolum autem κενόφρονος est,  
quod Hun inquit: *Hæc Infinitas verbi non  
est intelligenda de quadam οὐβίας extensio-  
ne, quia λόγος est ὁλόβος ὅλοντι.* Nam stante  
hoc axioma, rectè Orthodoxi LOGON OLON,  
id est, totum aiunt esse in carne, & quidem  
personali vnione, OLON verò seu totū in rebus  
alijs omnibus, generali, & vniuersali præsen-  
tia, quæ non est expansio diuinitatis aut exten-  
sio τῆς οὐσίας τοῦ λόγου: quia partem extra  
partem

partem non habet, sed vbiq; tota est: in omnibus tota: extra omnia tota.

Hun autem deprehensus in manifesta contradictione, calumnia se inuoluere rursus conatur, vt Scarabæus stercoreum sordibus. *Ait quosdam vsos esse excedendi verbo de Deitate TOY LOGOY, quo crassam suam in diuinis inscitiam prodiderint. Idq; sic interpretatur, quasi sentiant illi quandam OYSIAS TOY LOGOY extensionem esse, quâ carnem Christi LOGOS excedat.*

Alia calumnia de verbo excedendi.

At crassa est hæc calumniandi libido. Nam si qui vsi sunt excedendi verbo ( quos nominare Hun debuerat ) ij si orthodoxi sunt, non extensionem vllam TOY LOGOY ( quæ in naturam seu essentiã diuinam non cadit ) Sed τὸ ἀμέτρον τε καὶ τὸ ἀβυσσοειδές diuinitatis TOY LOGOY significare voluerunt, quæ non contineatur intra fines & terminos, quibus corpus circumscriptum est. Quod si refellere Hun non potest: Si idem verbis his profiteretur: quod LOGOS in angustū ita non coarctetur per incarnationem: Cur hoc quasi diuerticulo fucum lectori facit ad contradictionem suam occultandam? Cur verba & voces aliorum, quæ sanum intellectum habent, in diuersum sensum rapit? Cur conuicia & contumelias addit? Cur inscitiam ijs probri loco obijcit: Quos tales esse scilicet putandum est,

quia

quia ab ipso inflato opinione scientiæ, eamque soli sibi omnem arrogante, non plus doctrinæ aut scientiæ relinquatur, quàm Æsopus sibi relictum esse dicebat, collegis suis omnia se scire profitentibus.

Verbum excedendi, in genere usurpatur in collatione rerū quarūcunq; inæqualium.

Quid si verò isti, quos vndiquaque arreptis occasionibus calūniari Hun solet: non de diuinitate ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, sed in genere de vnione rerum inæqualium, seu quæ non sunt eiusdem quantitatis, etiamsi pariter finitæ sint, *excedendi verbum* usurparint? Quod si reprehendū Hun putat, sciat sine metu cauillationis cū alios Scholasticos doctores, homines ingeniosissimos: tūm Bonauenturam quoq; distinct. 22. lib. 3. sic locutum esse. Recitat enim hanc obiectionem: *Quæcunq; sunt vnita inseparabiliter, vbicunq; est vnum, est & reliquum. Sed humanitatis natura, vnita est verbo inseparabiliter, quod est vbiq;.*

Quoties inæqualia inter se coniunguntur, non soluitur vnio, etiamsi vbicunq; vnum est, alterum ibidem esse non statuatur.

*Ergo si verbum est vbique, & humana natura in verbo vbique est. Responderet autem? Illud habet veritatem, quando aliqua duo vnibilia sic vniuntur, quòd vnum non excedit reliquum. Si autem vnum est maioris ambitus, quàm reliquum, non habet veritatem.*

### XXXVIII.

Hun. pag. 643.

Quod si sapientiæ initium est, *Nosse se ipsum*: videat Hun cuius scientiæ sit in sacris, quod



quod toties hoc modo argumentatur.

*Quia LOGOS totus incarnatus est, Ideo extra naturam quam assumpsit non est, non quod ipse per incarnationem in angustiam ita coarctetur, sed quod è contra potius, carnem assumptam sua omnipresencia participem reddat.*

### Responsio.

Quasi verò vno absurdo remoto, alia non minus absurda ponere liceat. Absurdum esse fatetur Hunius (etsi non sine implicatione Contradictionis) *TON LOGON in carne conclusum esse*: Verùm non minus absurdum est, *Quod Humanitatem ait Hun participem redditam esse omnipresencia*, id est, omniprescentem factam esse. Quod & ipsum non sine contradictione dici ab eo potest, Cùm carnem naturæ finitæ, LOGON infinitæ essentia esse antea dixerit. Ex quo citra dubitationem omnem sequitur, LOGON omniprescentem esse: Humanitatem omniprescentem non esse: Nam omnipresencia cum infinito, necessario & perpetuo nexu cohæret, sicut circumscriptio cum natura finita.

Fallacia à non causa, & petitio principij.

Implicatio contradictionis.

### XXXIX.

Hun pag. 643.

Cùm autem orthodoxi hac sufficienti enumeratione

Hun negat  
consequens,  
retento an-  
tecedente.

numeratione refutent dogma de Ubiquitate  
Carnis: quod hac posita, fiat aut Corporis Christi  
multiplicatio: aut si corpus illud, vnum sit ac maneat,  
expansio seu extensio Corporis: aut mutatio sub-  
stantiæ corporeæ finitæ in spirituales infinitam:  
Quo eodem argumentò Scriptores veteres  
sui temporis hæreticos refutarunt: Bonus sci-  
licet Hun retenta Ubiquitate, absurda tamen  
illa reijcere videri vult, contra immotum axi-  
oma: *Ex vero nil nisi verum: ex falso nil nisi falsum sequitur.*

Vide enim quas elusiones opponat. *Humanitas, inquit, particeps est omnipresentiæ maiestatis C I T R A S V I expansionem. Quia expansio tantum in localitate regnat. Christi humanitas verò, quia supra locum per hypostaticam unionem & assumptionem euecta & translata est in illocalē hypostasim vnigeniti, in eaq; personale suum esse habet, non indiget velextendi vel diffundi de loco vno in alterum, de secundo loco in tertium, de tertio in quartum, & sic consequenter. Siquidem coram humanitate in LOGO existente, & ad Dei dextram regnante, vniuersa totius vastissimi mundi loca sunt instar puncti, sicut omnia omnium seculorum tempora instar indiuisi cuiusdam momenti.*

Hæc Hun, cui Erasmus, si viueret, suum illud distichon obijceret: quod in Fabrum Episcopum olim scripsit.

*Mente*

*Mente cares, si res agitur tibi seria: rursus*

*Fronte cares, si sic ludis amice Faber.*

*Expansio, inquit, Tantum in localitate regnat.*

Quasi verò circumscriptio finiti corporis à localitate exempta sit: Ac non potius: *illocalitalem corporis naturam facere*: Sit omnem simpliciter quantitatem corpori auferre? An verò, quia *in localem hypostasim ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ humanitas Christi assumpta est: & in loco personale suum esse habet*, quod inde usque ab initio conceptionis habuit, propterea circumscriptio Corporis semper caruit, atque etiam nūm caret, ac nullo in loco certo versatur? *An quia LOGOS localis non est*, ideo humana natura extra locum omnem erit? Aut *Si omnibus in locis humanitas simul & semelest, & extra loca omnia, neque tamen vel multiplicatur, vel in spiritum infinitum conuertitur*: Expansionis expers erit, sine nouo & extraordinario Dei opere seu miraculo? Quale fingere Christianis religio esse debet, Cū nulla voce nulla syllaba aut litera verbū Dei nos de illo doceat?

An verò, *quia regnat Christus ac dominatur omnibus in locis, in cælo, aere, terra, mari, inferis*: propterea loca ipsa, cœlum, inferi, aër, aqua, terra, loca distincta esse desinunt, & nusquam locorum amplius sunt? Aut *quia omnibus sæculis Christi regnum dominatur*, ideo sæcula ipsa, secundum quæ annos ætatis Christi

Inuersio argumenti Huniani.

Expansio locum habet in corpore locali. At corpus Christi est locale etiam in ipsa vnione.

Non igitur potest corpus vbiq; esse, nisi extensione suæ molis & quantitatis.

Non sunt fingenda miracula nostro arbitrio,

ætatis Christi distinguimus, nulla amplius erunt: *locis in vniuersum omnibus in momentum vnum conuersis respectu humanitatis Christi, cui, si Hun figmentum suum obtineat, iam non definitio illa à Christo tradita: Videte, palpate me, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, sed Pythagorica illa, non corporis, sed Dei descriptio applicanda fuerit, vt dicatur, Circulus esse, cuius centrum vbiq; circumferentia nusquam sit.*

XL.

Hun pag. 644. &amp; 645.

Et placet tamen Hunio commentum hoc & clarius id explicare se velle promittit, exorsus ab hac hypothese. *Deo (inquit) non sunt res creatæ, secundum locorum spacia, vel præsentis, vel absentes. Concedo. Deus enim infinitæ essentiæ est in locis omnibus, & extra loca omnia totus est. Et tamen Deus in creatione, sapienti consilio locorum spacia distinxit, & creaturis singulis locum certum attribuit. Eamque locorum & creaturarum distinctionem etiamnum approbat, & conseruat. Nihil ergo in re aperta opus erat declamatione tam proluxa, quâ Hun hoc loco vtitur: Deus infinita altitudine omnia loca transcendens ac supergrediens (Quasi vero hoc magis propriè de deitate dici possit, quàm quod paulò ante in suis aduersarijs verbum*

Declamatio Huniana intempestiua.

extra

excedendi calumniosè reiecit) *babet S I B I omnia, extra & supra loci rationem diuino modo praesentissima.* (Habet fanè, sed loca tamè ipsa non mutat, neq; è medio tollit) *Nunquam enim ab aeterno fuit localis: nunquam etiam in aeternum erit accidenti localitatis obnoxius.*

*Itaque Coram Deo non est aliqua differentia inter decies millies cèntena millia miliarium, & inter vnius palmæ aut digit latitudinem. Nec latius coram ipso patent illæ miliarium myriades, quàm hæc minuta latitudo digiti vnius: quemadmodum etiam sæcula omnia adeoque tota aeternitas est coram ipso, vt ictus oculi. Non enim vlla accessione horarū, dierum, mensium, aut annorum senior est Deus, quàm fuit cum hunc mundum fabricaret. Itaque Propheta David redè canit Psalmo 90. Mille annos esse apud Deum, vt diem iam praeterlapsum. (videlicet, quia aeterna*

*secundum se non sunt in tempore, sicut infinita non sunt circumscriptiue, aut definitiue, sed repletiue vbique. Et voluit tamen Deus initium esse temporis, Voluit annos durationis mundi, & euentuum, qui alio atque alio tempore contigerunt, inde vsque à creatio-*

H

ne de-

Maiores argu-  
menti Huni-  
ani.

Rectius dixisset Hun: Deum non impediri vlla locorum differentia: quò minus repletiue sit in omnibus locis, & extra loca omnia. Differentiam verò locorum tanquàm opus à se conditum vult Deus esse & manere: & scriptura certis de causis sedem Dei non in terris, sed in coelo collocat. Psal. 103.

ne describi: Voluit periodos insigniorū mutationum definire, in sacris literis, atque etiamnū opera sua omnia peragit, in mensura pondere ac numero.

Lib. 11. cap  
22. in Ioh.

Quorsum verò tam altè repetita, & Asiatico dicēdi genere inculcata hypothesis? Quam paucis his verbis Cyrillus complexus est: *Non circumscribitur loco Deus, nec à re aliqua vnquam abest, sed omnia implens, & omnia penetrans in omnibus, & extra omnia est.*

Altera pars  
Maioris in  
argumento  
Huniano.

Sed Idē inquit Hun, de hypostasi vnigeniti deq̄ dextra Dei pariter erit asserendum: *Esse CORAM illa nullam omninò locorum differentiam, quemadmodum nec temporum vlla Diastimata.*

Ambigūe hoc rursū Hun. Neq; enim differentiam vel locorum vel temporum simpliciter euertit infinitas IOY LOGOY, aut immitas dextræ Dei, quæ neque in locis omnibus, neq; tēporibus ijsdem operatur omnia & eadem. Sed transeat sanè & hæc hypothesis: Quam quomodo ad Christi sanctissimā humanitatem accommodet Hun, & quam pueriliter, in subsumptione, & quam infert, conclusionē, rursū impingat in regulam, *ne sint in syllogismo termini plures quàm tres spectatum admitti fletum tenatis amici.*

Minor pro-  
positio in ar-  
gumento  
Huniano.

Nam cum & hoc sit diuinorum eloquiorum auctoritate & testimonio sanctitum & confirmatū (inquit) humanam Domini carnem esse *INTRA* illam eternam LOGOY hypostasim assumptam: esse quoque

quoque in die Ascensionis in ipsam dextram Dei reali exaltatione collocatam, Vbi maiestas, quam ex vanione habuit, sed non plenè usurpauit, iam sese plenissimo actu in rerum vniuersarum gubernatione profert: irrefragabili demonstratione hinc astruitur, Christum iuxta hanc assumptam & exaltatam suam carnem, non per localitatem aliquam, aut de loco vno in alterum esse Creaturis omnibus præsentem, sed eiusmodi modo, qui locum omnem effugiat atq; transcendat, vt ei non opus sit de vno loco expandi in alia, siquidem in hac præsentia, quam in dextra Dei obtinet, neq; vnus neq; alter locus est, sed loca omnia sibi sunt velut insecabile punctum, aut indiuisibilis apex.

Atqui si diuinorum eloquiorum auctoritate, sancitū esset, humanam Domini Carnem, ipsam  $\tau\omicron\upsilon\gamma$   $\log\omicron\upsilon\gamma$  essentiā immensam & infinitam factam esse: Si eandem carnem, confirmatum esset eloquiorum diuinorū auctoritate, ipsam Dei dextram illocalem factam esse: Tūm demūm de irrefragabili demonstratione gloriari Hun posset: Tūm inferre ei liceret: & carnē Christi creaturis omnibus esse præsentem: & hanc præsentiam, neque multiplicatione, neq; expansione, aut diffusionē membrorum eiusdem corporis opus habere. At Hun ne quidē audet hoc dicere, Carnem Christi vel in infinitam  $\tau\omicron\upsilon\gamma$   $\log\omicron\upsilon\gamma$  essentiā conuersam esse, vel esse ipsam dextram Dei illocalem.

Demonstratio Anapodeiktos Huniana.

Quatuor termini in argumento Huniano.

H 2 Quod

Nouitates  
vorum &  
phrasium  
Hunianæ.

Quod autem circa controuersiam ortho-  
doxi omnes fatentur, Carnem à λόγῳ vnione  
hypostatica assumptam esse, & Christum se-  
cundum Carnem quoque ad dextram Dei ex-  
altatum esse: Id Hun, qui κεινοφωρίας per-  
petuò sectatur, id est nouitates in vocibus ip-  
sis ( quæ eædem sunt κεινοφωρίαι, id est, vani-  
tates inanes & Sophisticæ ) periculosa quadã  
ambiguitate dicit, *humanam Domini carnem*  
*INTRA* illam æterni ΛΟΓΟΥ hypostasim  
*ejsumptam, & IN ipsam Dei dextram colloca-*  
*tam.*

Contradi-  
ctio Hunia-  
na.

Pag. 638.

Sed ne hoc quidem Hun affirmare audet,  
planè *vsurpatam à Christo esse ante diem ascensio-*  
*nis maiestatem omnipræsentie, quam ex vnione Ca-*  
*ro Christi habuerit.* Quo ipso immutabilem  
illam suam necessitatem labefactat atq; euer-  
tit, quam supra asserere conatus est. Nunc  
enim *in exaltatione primùm plenissimo actu omnia*  
*præsentiam se protulisse ait;* ex quo sequitur:  
Aut vnionem hypostaticam antea non fuisse  
omni ex parte sua plenam ac perfectam: aut  
vim vnionis hanc non esse, vt necessariò &  
immutabiliter Caro Christi omnipræsens  
sit.

Cur igitur infert Hun, *assumptam & demum*  
*in die ascensionis exaltatam carnem Creaturis omnia*  
*bus præsentem esse?* Cur modum præsentiae carnis  
sibi fingit, qui non corpori, quod nunquam di-  
mensiones suas deponit, nunquam *βυμμετρίαν*  
membro-



membrorum abijcit, sed nec spiritui finito: qui naturæ suæ terminis continetur, Verum soli atque vni essentiaæ diuinæ, quæ localitatis omnis expers est, verè ac propriè competit.

An verò non pudet cum? paralogismum tam futilem, & vel ab ipsis pueris ridendū atque explodendum, vtpotè qui in leges ratiocinandi palàm impingit, *irrefragabilem demonstrationem* vocare, & magno fastu tanquam diuinum oraculum obtrudere Ecclesiæ?

Quòd si Hun ipse hypostasi τοῦ ΛΟΓΟΥ, non minus æternitatis, quàm immensitatis atque omnipræsentiaæ Elogium tribuere cogitur: nec tamen colligere rectè potest, quia Caro in hypostasi ΛΟΓΟΥ æterni subsistit: propterea ipsam carnem æternam, id est, non tantum sine fine, sed etiam sine principio esse: cur non in demòstratione illa sua ἀνεπιόρακτο agnoscit vanitatem Sophismatis? *quasi humana Christi natura, quæ assumpta est à λόγῳ & exaltata ad dextram Dei, localis & circumscripta esse desierit, & eadem attributa requirat, quæ τῷ λόγῳ ipsi & dextræ Dei scriptura tribuit.*

Instantia  
opposita  
argumento  
Huniano.

## XLI.

Hun pag. 646. 647.

Est autem cauteriataæ conscientiaæ evidentissimum signum, quòd Hun mox scripturæ testimonia irrefragabilia, suæ illi fictitiæ

H 3 omnie

Elusio Huni-  
ana dictorū  
scripturæ,  
per dupli-  
cem consi-  
derationem  
humanæ  
naturæ.

Considera-  
tio illa ge-  
mina Huni-  
ana non  
habet locum  
in vna ea-  
demque hu-  
manitate.

omnipræsentia, prorsus contraria, recitare cogitur, cuiusmodi sunt hæc, quæ ex historia Euangelica proferuntur, *Gaudeo propter vos, ut credatis quod non fuerim ibi. Me non semper habebitis, & alia pene innumera, ubi nunc hîc, nunc alibi fuisse, & locali progressionem non minus atq; Apostoli sua itinera confecisse legitur.* Et hæc ipsa tamen, cum contumeliosa insectatione dissentientium à conficta omnipræsentia Carnis, (quos profectos Calvinistas vocat) commetitia hac distinctione eludere conatur: *Duplici, inquit, modo consideratur Christi humanitas, primo, quatenus est FINITA quædam natura, secundum quam considerationem in statu quidem Exinamitionis, in loco terreno, nunc verò in cælis est, & hunc respectum habet cum cæteris hominibus communem. Deinde consideratur alia ratione sublimiore, quatenus & in quantum hæc finita natura vnitur hypostaticè cum infinito λόγῳ, & collocatur ad omnipotentia diuinæ infinitam dextram: Quem modum considerationis cum nullo vel hominum, vel angelorum communem obtinet.*

At verò vna est & eadem humanitas: quæ extra vnionem neq; fuit, neque erit vnquam, & hæc in ipsa vnione eiusdem naturæ est, & proprietates essentielles easdem semper retinet.

Signum est autem hoc ἀντεκατακρίτου, quod non apertè audet Hun opponere sibi

sibi inuicem hæc duo, quòd natura humana alia sit in vnione : alia extra vnionem. Quod sine aperto mendacio neque dici neque cogitari potest. Itemque hæc etiam duo opponere sibi mutuò non audet : *Humanam naturam considerari, primùm quatenus sit FINITA. Deinde quatenus facta sit INFINITA.* Vidie hanc ἀντιθέσιν requiri necessariò, ad statuendos modos diuersos existendi, vel in vno vel in omnibus locis, quos fictitia sua distinctione vni & eidem humanitati assignare nititur. Sed falsò dicturum se vidit, Christi Carnem finitam esse extra vnionem, & in vnione infinitam factam esse : Et si dicere hoc auderet, palàm omnes agnituros esse : quòd in castra Eutycheis & Schwenckfeldij totus transiisset, cum quibus tamen apertam societatem & amicitiam profiteri veretur.

Quòd si verò dicere eum pudet, vel extra vnionem esse humanitatem ullo vnquam momento, Vel ex ipsa vnione cum infinito LOGO & ex sessione ad infinitam dextram Dei, humanitatem infinitam factam esse : quidni tergiversatione hac sua ipse distinctionem commentitiam suam euertit, & quòd paulo ante irrefragabilem demonstrationem, vocauit eius argumenti vim nunc quoque rursus conuellet ac abefactat ?

Nam

Contradicti-  
ones Hunia-  
nae,

Nam si finita est & manet humanitas Christi, etiam in vnione & exaltatione, vt certè talis est & manet: Imò si extra vnionem non est, neque fuit humanitas Christi, vllò vnquam tempore: *Cur humanitati respectum alium tribuit Hun, quatenus est vnita τῷ λόγῳ aliam verò (quod Antithesis dici requirebat) quatenus consideratur, vt non vnita τῷ λόγῳ? Cur vnitæ & exaltatę humanitati adimit modum existendi in loco secundum veri corporis modum, quem nunquam humana natura deponit, ne quidem in gloria? Cur denique existendi alicubi modos, non nisi diuersis subiectis competentes, humanitati (Si vnã & eandem esse agnoscit) pariter tribuit?*

Petitio Prin-  
cipij.

*Nullus alius, inquit Hun, siue angelus, siue homo est cum Deo altissimo vnũ hypostamenon: Nullus omnium sedebit vnquam ad maiestatis, virtutis, glorięque dextrã, iuxta quod scriptum est: Cui angelorũ dixit vnquã: Sede à dextris meis. Heb. 1. Sed nugatio Huniana est, id est, principij petitio: Quòd vnio hypostatica: quòd sessio ad dextram Dei tollat modum in loco existendi humanitati proprium? aut toto genere diuersos ac disparatos modos existendi vni eademque subiecto conferat? Quod neque factum est vnquam, neque fiet in tota æternitate.*

XLII.

Hun pag. 647. 648.

Nihil

Nihil verò nisi meræ contradictiones sunt, contra apertissima scripturæ dicta, cùm Huni ita pergit: *Ex primo modo considerationis æstimata Christi humanitas, de loco in locum verè progressa est, in Iudea & Galilea, finitimisq; locis, verè locum mutavit, & de vno in alterum vicibus alternatis peruenit.*

Contradicti-  
ones Hunia-  
ne perpetue

### Responsio.

Hic verò subsistat paulisper consideratio Hunij. An enim non tùm etiam humanitas Christi vnita τὸ λόγῳ fuit? Quòd si propterea neque mutatus, neque sublatus est in humanitate modus existendi alicubi, secundum veri corporis modum, & ex loco vno progrediendi in alium locum: Cur vnionis respectu obtrudere conatur omnipresenciam talem, qua Corpus Christi citra dimensiones, corpori perpetuo congruentes, omnia loca simul repleat? Hanc contradictionem conspectiorem facit, congeries exemplorum, quæ Huni ipse recitat:

*In solo, inquit, Mariæ utero iacuit: In cruce tantum, & non alibi passus est Christus carne: Verè quoque cum surrexisset è sepulchro dicebant Angeli: Surrexit, non est hîc: Verè & non simulatè Corpus suum ex hoc corruptibili mundo cælis intulit: Verè & non simulatè, nempe visibiliter veniet ad iudicium, & in nubibus apparebit nouissimo die quem*

admo

*admodum visibiliter conspectus est ire in cælos. Actuum 1.*

Hæc si vera sunt, ut verissima esse scriptura docet: An credendum nobis obtrudet Hun, modo quodam illocalis præsentia (quem Caro Christi ex unione cum λογω habeat) Carnem eandem, eodem tempore in utero aliarum Virginum, aut etiam Herodiadis, non quidem iacuisse, sed fuisse tamen invisibiliter: aut quod Brentius scribere non est veritus: Cum in templo concionaretur: aut in Cruce penderet Hierosolymis: unum idemque corpus invisibiliter, & illocaliter fuisse simul in urbe Roma, Athenis, in Cælo? aut cum post resurrectionem in suam gloriam intrauit, invisibiliter & illocaliter in sepulchro mansisse? aut euectum in Cælos idem corpus invisibili illo & illocali existendi modo (quem unionis & sessionis respectu habeat) in cælis istis aspectabilibus, in aere, in terra, apud inferos esse? & venturum in nubibus, invisibiliter & illocaliter extra nubes, futurum?

**Vanissimæ  
gloriationes  
Hunianæ.**

Quomodo autem Sanctè à se credi & defendi illa affirmare Hun potest? Si propter commentitios suos respectus, tot ac tam multis contradictionibus, verissimas ac certissimas, historias Evangelicas implicare audeat? si dicta illa: *Me nō semper habebitis, & Christus corpore suo, vno duntaxat loco mensæ in ultima cæna affedit, ratione localis præsentiae utcunque concedit. Quatenus autem aestimatur humanitas Christi*

Christi ex vnione cum LOGO, & sessione à dextris Dei: Ibi verò illocalem illocalis praesentiae modum ei necessario tribuendum esse pugnat? Quod etsi inuictis argumentis & testimonijs Spiritus sancti demonstratum prius à se esse, gloriatur: id tamen haud magis verum est, quàm quòd apud Comicum dicitur de Alazone, id est, milite glorioso, & impudente. Quid tibi ego dicam? quod omnes mortales sciunt? Pyrgopolinice te vnū in terra viuere, virtute, & forma, & factis inuictissimum.

## XLII.

Hun pag. 649.

Nam quòd rursus incipit Hun logos suos texere: *Indicatum est, τὸ λόγῳ humanitatem ἀδιασπαστέαν unitam, ad quam vnionem intima requiratur naturarum ad se inuicem praesentia, & inhabitatio eiusmodi, qua LOGOS extra carnem sit nusquam, sed eam ubi, ubi tandem ipse sit, incōparabiliter arctius sibi praesentem habeat, quàm ullam creaturam aliam in caelo vel terra: Cui etiam omnia loca in manus tradita, omnia loca subiecta, & Christus secundum carnem exaltatus in infinite praesentiae ac potentiae throno praesens dominetur super opera ma-*

num

*num Dei, utpote qui ideo ascendit super omnes caelos, ut ad ipsam dextram Dei confidendo impleret omnia.*

### Responsio.

Quatuor ter-  
minj.

Ad hæc quidem singillatim aliquoties supra responsum est, quod minime inferri inde possit omnipræsencia aliqua ipsius carnis. Longè enim aliud est Adiastatos unio, aliud coëxistètia carnis in iisdem rebus, seu locis omnibus, in quibus & extra quas est locos, infinitate essentia suæ. Aliud item est, quòd locos ubique incomparabiliter arctius sibi præsentem habet carnem suam, quam ullam creaturam in cælo, & in terra: Quia scilicet nulli alij hypostatica unione unitus est: aliud verò est, ipsam Carnem Creaturas omnes in cælo & terra implere. Denique aliud est Christo omnia in manus tradita, omnia subiecta esse, & Christum dominari omnibus, etiam secundum carnem: Aliud autem locorum differentias sublatas esse, & nullo in loco esse naturam humanam Christi, quæ in gloria quoque dimensiones suas retinet, & ad dextram Dei in cælis, non autem extra cælam confidet.

### XLIIII.

Hun pag. 649.

Sed velut Gorgonem obijcit Hun, communica-



municationem corporis & sanguinis Christi  
in Cœna. Nam LOGOS, inquit, potest ci-  
tra ullius localitatis respectum corpus &  
sanguinem suum nobis manducandum &  
bibendum dispensare.

### Responsio.

Verùm cum alia sit extra Cœnam præsen-  
tiæ Christi ratio, quàm in Cœna, ἀπροςδιου-  
λογ est, quòd vel omnipræsentia carnis Chri-  
sti ex mysterio cœnæ declarare, vel ex omni-  
præsentia, specialem illam præsentiam in cœ-  
na, quæ non ad symbola, sed ad homines le-  
gitimè videntes ijs symbolis pertinet, probare  
contendit. De quo alibi differendum erit plu-  
ribus.

Disputatio  
de omnipræ-  
sentia aliena  
à vera præ-  
sentia Chri-  
sti in cœnæ

Nec iuuat Hunium, D. Lutheri locus, Pag. 650.  
qui descensui & ascensui Corporis Christi in cœna  
opponit virtutem regni Christi. Sic enim Luthe-  
rus ipse loquitur contra Carolstadium su-  
um: *Vesanus spiritus nugatur pueriliter Chris-  
tum descendere & ascendere: nec intelligit vir-  
tutem regni Christi, quomodo & in omnibus locis,  
& vt Paulus ait, omnia impleat.* Hic quis non  
animaduerrat, Aliud esse, quòd regnū Chri-  
sti in omnibus locis sit, & vt Paulus ait, om-  
nia impleat: aliud carnem ipsam Christi sub-  
stantia sua statuere in omnibus locis, & crea-  
turis omnibus.

Hun.

Hun pag. 650. &amp; 651.

Multò autem euidentiora argumenta animi ἀυτοκατακρίτου sunt, quod cōtra manifestā veritatem Hun toties quærit elusiones. Nam cum sentiat vanitatem Sophismatis, de præsentia carnis Christi locali & illocali, sibi ipsi quidem obijcit: *Scripturam tales distinctiones non admittere, quales ab ipso prolatae sunt, Sed huic obiectioni ita respondet, vt illud, quod vulgo in Scholis iactatur, meritò vsurpari de ea Responsione possit: Allegare inconueniens non est soluere.*

Quid enim in contrarium quæso affert? *Scriptura I. Reg. 19. inquit; Dominum non in vento, non in commotione, non in igne fuisse. Nec tamen sequitur Dominum nulla planè ratione fuisse in vento, terræ motu, igne: Quia sacrae literae docent, ipsum ambulare super pennas ventorum, esse omnipraesentem, implere Cælum & terram, omnia esse ex illo, per illum, & in illo.*

Egregia verò ἐνζαβίς ex genere disparatorum. Quæstio enim est de humanitate Christi: At Hun de diuinitate exemplum profert. Quæ etsi vbique est essentia sua, quod humanitati tribui non potest: tamen non eadem vbique operatur, vt tunc non per ventum, neque per terræ motum, neque per ignem, sed per vocem lenem & placidam Dominus locutus est cum Helia.

Hun

## XLVI.

Hun pag. 651.

Nec magis idonea est altera instantia quā  
 mox negat Hun, labefactari omnipraesentiam Cor=  
 poris Christi per ingressum eius in ora manducantiū,  
 exēplo spiritus sancti omnipraesentis, de quo dicitur,  
 quod descenderit in Christum & Apostolos. Nam  
 ut nihil dicam de interpretatione ingressus  
 corporis Christi in os manducantium, quam  
 Hun affert. Qui nouo planè modo singularis prae=  
 sentiae Sacramentalis Corpus & sanguinem Christi  
 exhiberi ait, cum alij quidem Patroni oralis man=  
 ducationis sacramentaliter illam explicandam esse  
 negent) Ipsa quidem essentia spiritus sancti,  
 ac corporis Christi toto genere differunt. Dis=  
 cedit etiam à D. Lutheri verbis ac sententia  
 Hun, cum ait: Nos nunquam statuimus aut cre=  
 didimus, talem aliquem inuisibilem aduentum, acces=  
 sum, ac ingressum localem corporis Christi in nostrum  
 os, quasi de vno loco moueatur in alterum, donec ad  
 nostrum os perueniat. Nam D. Lutherus expressè  
 ait: Corpori Christi rectè tribui omnem motum,  
 quemcunq; panis Eucharisticus recipiat, qui cer=  
 tè de vno loco mouetur in alterum, Quod  
 sine sacramentali phrasi tam non potest in=  
 telligi, quā oralis manducatio Corporis Christi,  
 eiusdemq; masticatio per dentes, de qua idē D. Luthe=  
 rus loquitur, sine sacramentali phrasi obtineri  
 non potest.

Sacramenta  
 lis manduca  
 tio neque est  
 omnipresen  
 tia, neq; in=  
 gressus in ora  
 manducan  
 tium, ipsius=  
 met corporis  
 Christi, sed  
 testificatio  
 quæ fit per  
 externa sym  
 bola de ex=  
 hibitione  
 communio=  
 nis corporis  
 Christi.

Hun

Id sentiens Hun, obijcere sibiipſi pergit :  
*Se non ſimpliciter, ſed ſecundum quid alle-  
 gare exemplū omnipreſentia ſpiritus ſancti.*

Quod autem diſcrimen inter ſpiritum  
 ſanctū omnipreſentē, & corpus ſtatuit? Con-  
 cedimus inquit, hoc immenſum diſcrimen, quōd ſpiri-  
 tus ſanctus per eſſentiaē infinitatem omnipreſens  
 eſt : Corpus vero nequaquam, per infinitatem natu-  
 ralemue proprietatem eſſentiaē : ſed hac ratione dun-  
 taxat tribuitur ei haec diuiniffimae eſſentiaē ma-  
 ieſtas, quatenus à LOGO, cui perſonaliter vnitum  
 eſt, nuſquam abeſt, neq; diſtat, nuſquam per vlla lo-  
 corum interualla ſpaciaq; diſiunctum ab eo aut re-  
 motū eſt, ſed vbiq; praefentiſſimū in ipſius omnipre-  
 ſentiaē throno & ſolio, omnia implens, omnia trans-  
 cendens, omnia continens, omnia ſibi loca, ſubiectione  
 ne modis omnibus perfecta conſummataq; ſubiecta  
 habens.

Petitio Prin-  
 cipij.

Hæc verò mera ἀδολογία eſt. Ait & Spiri-  
 tum ſanctum & corpus Chriſti omnipreſens eſſe. Sed  
 cauſas tantūm, ſeu fontes omnipreſentiaē in  
 vtroque diſcernit, Quia ſpiritus ſanctus per eſ-  
 ſentiaē infinitatem omnipreſens ſit: Corpus Chriſti  
 hac maieſtate aliunde accepta. Quod nihil niſi  
 petitio principij eſt. Hoc ipſum enim quaeri-  
 tur, vtrum ex vnione & ſeſſione Caro Chri-  
 ſti facta ſit omnipreſens. De quo ſæpe ha-  
 ctenus

tenus, quæ denuò repetit hoc loco Hun, re-  
furata sunt.

Illud autem contra se affert Hun, quòd  
Corpus Christi finitum sit, & sua naturæ finibus  
ac dimensionibus terminatum sit ac maneat. Quod  
si seriò fatetur, cur de Ubiquitate corporis  
pugnat, cùm Ubiquitas nulli planè rei finitæ  
competat, sed solius naturæ, infinitæ & æter-  
næ sit?

### XLVIII.

Hun pag. 654. 655. 656.

Similiter quod de articulis vnionis & sessionis  
ad Cœnam Domini referendis Hun disputat: de  
eo rursus cū amicis suis, patronis oralis man-  
dicationis transfigat. Orthodoxi articulos  
omnes Symboli cum doctrina de cœna Do-  
mini coniungunt, non vt isti facere solent,  
ad probandã fictitiã Ubiquitatem, aut præ-  
sentiam aliquã corporalem Christi in ma-  
nu Sacerdotis & patina, & manu, & ore man-  
ducantium: Sed ad illustrandã rem signa-  
tam Cœnæ Domini, & huius effectũ in fide-  
libus, id est, ad veritatem Corporis Christi  
demõstrandã, & salutarem huius *κοινωνία*  
nobiscum. Ad hanc adẽ non pertinet Ubi-  
quitas, vt extremè potius illi aduersetur. Nõ  
enim fit in cœna communicatio corporis, quod  
sit exutum substantia, & proprietatibus veri corpo-  
ris: sed quod traditum sit pro nobis, id est, veri &  
naturalis Corporis Christi, sicut alibi quoq; inquit

Verba Cœnæ  
magis euer-  
tunt, quam  
stabilium V-  
biquitatem:  
Quia corpus  
Ubiquitariũ

I

Domis

nihil com-  
mune habet  
cum corpore  
pro nobis  
tradito.

*Dominus: Caro mea, quam ego dabo pro mundi vita, verè cibus est.* Quid? quòd Christus cœnam primum instituit, in eaque discipulis suis corporis & sanguinis KOINONIAN verè exhibuit, tum quando re ipsa & Ubiquitarum quoque confessione fuit secundum carnem circumscriptus, infirmus, passioni obnoxius, & mortalis.

Implicatio  
contradictio-  
nis,

Nec verò vnum & idem Christi corpus, vno eodemque tempore, actu & re ipsa circumscriptum fuit, & incircumscriptum, humile & gloriosum, infirmum, & omnipotens, mortuum & viuum.

Modus præ-  
sentia per  
Ubiquitatē  
in cœna pror-  
sus ignotus  
fuit veteri-  
bus.

At tantum abest, vt veteres scriptores in negocio Cœnae, vllam vel minimam mentionem omnipræsentia seu conditionis illocalis & Ubiquitariae Corporis Christi fecerint, vt contra Eutyrianos, etiam glorificati corporis formam, figuram, & circumscriptiōne demonstrarint, argumento ab Eucharistia sumpto. Quod facere non potuissent, si per modum Ubiquitatis sensissent corpus Christi illocale & omnipræsens factum esse, aut simul ac semel actu ipso illud statuisent veri corporis natura ac definitione præditum fuisse, & non fuisse, atque etiamnum tale simul esse: & tale non esse.

Hugonis autem dicto, quod citat Hun: *Corpus Christi hanc habet dignitatem, ex natura vni-  
onionis cum diuinitate, vt simul sit in multis locis:*  
iure

iure ac merito opponitur illud Thomæ. *lib. 1. sent. dist. 37. q. 3. Corpus Christi, neq; in quantum corpus: neq; in quantum est diuinitati unitum hoc habet, vt sit in pluribus locis.* Ac satis apparet, Hunium ne quidem inspexisse locum, quem Hugoni de S. Victore tribuit, cum in nomine ipso pueriliter hallucinetur. Non enim apud hunc (*qui natione quidem Saxo, sed Abbas sancti Victoris Parisiensis fuit, circa annum Christi 1130. cui commentum Ubiquisticum nunquam in mentem venit*) Sed apud alterum Hugonem qui centum annis post eum floruit, *Quem glossatorem & Cardinalem vocant*, locus ille ab Hunio allegatus extat, *tom. 7. super Epistol. priorem ad Corinth.* Multo autem minus considerauit Hun, præclarum illum, non tam Ubiquitatis, quam Multubitatis patronum (ad quem tanquam ad sacram anchoram, totius orthodoxæ antiquitatis testimonijs destitutus, quasi in casu desperato confugit) ad tuendum transubstantiationis dogma, & ad ea, quæ de illo à Papistis miracula finguntur pallianda, vocem illam Contra omnium saniorum scholasticorum sententiam protulisse. Non potest igitur authoritatem huius dicti admittere, nisi simul in iisdem opinionum monstris, quæ hanc illi de corporis Christi multubitate sub forma & accidentibus hostiæ voce in extorsissent audiendum censeat;

## XLIX.

Fal'acia plu-  
rium interro-  
gationum,

Præuaricatur autem Hun in recitando ac  
refellendo argumento orthodoxorum alle-  
legantium Pauli dictum. *1. Cor. 5. In quo  
Apostolus inquit, se corpore à Corinthijs  
absentem: præsentē illis esse spiritu.*

Non enim ex hoc dicto colligunt ortho-  
doxi, spiritus tantum, non autem Corporis  
κοινωνίαν in cœna nobis præberi, vt Hun  
perperam interpretatur, sed ἐμωυμίαν voca-  
buli præsentiae, ex hoc loco Pauli ostendunt,  
contra eos, qui præsentiae vocem plane repu-  
diāt in mysterio cœnæ, propterea, quod de cor-  
porali tantū præsentiae modo eam intelligant.  
Itaq; si Hunio paulò ante illud suum, *secun-  
dum quid*, intempestiuè, & quidem princi-  
pium petendo allegare licuit: cur calumni-  
atur orthodoxos, *quasi simpliciter, & non κατὰ  
τὰ* verba Pauli citent?

L.

Hun pag. 658. 659. 660.

De cœlo nouam disputationem Hun or-  
ditur ex dicto Pauli: *Querite, que supra  
sunt, ubi Christus est ad dextram Dei:  
Largimur, inquit, dextram Dei esse SV-  
PRA. Sed (supra illud) non de altitudine  
excelsi alicuius loci definiendum est, sed al-  
titu-*



itudinem maiestatis designat. Prolixè etiam digreditur in disputationem: *Quod dextra Dei non sit locus.*

### Responsio.

Hæc verò non est explicatio loci Paulini, sed obscuratio: Sunt enim in dicto Pauli membra duo minimè inter se confundenda, ut Hun facit: *Vnum est: Querite ea, quæ supra, seu sursum sunt: Alterum est: Vbi Christus est ad dextram Dei.* Ac prius membrum opponitur studijs hominum quærentium ea, quæ in terra sunt, ut Christus Matthæi 6. similiter hæc duo opponit: *Ne thesauros congerite IN TERRA: sed congerite vobis thesauros in COELO.* Alterum membrum non est ταυτολογία inanis, aut repetitio otiosa prioris membri (ut Hun supra seu sursum illud interpretatur, quasi sursum, & ad dextram Dei esse idem sint Apostolo) sed rationem mandati præcedentis in se continet, Ideo nimirum quærenda esse, quæ supra hoc est, quæ in cælo sunt supra nos, quia Christus *IBI*, id est, in Cælo sit ad dextram Dei sedens. Quam eandem rationem Christus allegoricè significat inquit: *Vbi thesaurus vester, ibi & cor vestrum, & vbi cadaver, ibi aquilæ.*

Differunt autem hæc duo: *Cælum ipsum, & sedere ad dextram Dei in Cælo.* Nec qui omnipræsentiam carnis Christi oppugnant, simpliciter ab ipsa dextra Dei argumentum sumunt,

1 3 etli

Confusio diuersorum membrorum in dicto Pauli.

Sursum si. significat situm loci, Ad dextram Dei si. significat conditionem gloriæ in loco illo cælesti.

**Fallacia di-  
uisionis.**

(etsi Augustinus alicubi, quem imitati sunt nonnulli, dextram de loco beatitudinis interpretatur) sed integram illam seriem textuum scripturæ vrgent, vbi Christus non tantum in dextra Dei sedere: neque in his terris, aut apud inferos ad dextram maiestatis confedisſe dicitur: sed passim additur: *In cœlestibus: & in cœlo, & sursum.*

**Locus Cal-  
uini de dex-  
tra Dei à Ia-  
cobo And.  
laudatus &  
approbatus.**

Quamobrem intempestiua declamatio est, in quàm Hun degreditur, tam prolixè disputans de dextra Dei, de qua adeo non habet calumniandi orthodoxos causſam aliquã iustam, vt præceptor Hunij Iacobus Andreas iampridem solitus sit se efferre, & gloriari de illa Caluini explicatione à se approbata: *Nimirum quòd disertè scribat Caluinus, dextra Dei nomine locum non significari, sed potestatem quam pater Christo contulerit. Item ex sessione ad dextram Dei non rectè concludi, Christum non nisi in coelo esse.*

Quod ita tamen idem ille Caluinus sic explicat, vt subiiciat, *reuera Christum secundum carnem: alibi nunc non esse, quam in coelis: quamuis sola sessio ad dextram patris non rectè ad hoc probandum adhibeatur.* Hoc enim vult Caluinus: Non à nuda ac seorsim considerata sessione siue glorificatione Carnis sed coiunctim ab ascensione Christi in Cœlos, & sessione ad dextram in cœlis, argumentum re-  
*ctè*

Etè sumi ad probandum, quod Caro Christi in Cœlis nunc sit, & quidem exaltata super creaturas omnes, non extra cœlos.

## LI.

Hun pag. 661.

Quæ autem semper fuit, & est Christianæ Ecclesiæ sententia: *Esse quoddam extra & supra cœlos aspectabile, cœlū aliquod, quod scriptura cœlos cœlorū: & Dei thronum: & Christus domū patris sui nominat, in quo sunt mansiones multe, & ubi locum nobis paraturum promisit, in quod & ipse in ascensione, corpore suo receptus est: & magnam resuscitatorum multitudinem secū adduxit:* Id totum Hun non modo rejicit impudenti cum audacia, sed etiam cum ludibrio exagitat.

Sententia orthodoxorum de cœlo.

Subfannatio Cœli Huniana.

Nominat enim *Coelum Calvinistarum Empyreum, quod supra firmamentū emineat: perinde quasi aut res ipsa, aut appellatio Cœli illius supramūdani (Nā de cœli Empyreiani appellatione cum Scholasticis si vult, rixetur Hun) conuicta sit, aut Cœlū cum Caluino primū cœperit. Interim duplicem ipse fallaciam committit, cū supremum illud Cœlum, pro cœlesti beatitudine & gloria interpretatur.*

I 4

Hæc

**Fallacia æ-  
quiuocatio-  
nis.**

Hac enim tropica locutione obscurare, aut potius abolere conatur cæteras significationes cœli proprias: quas Damascenus etiam recitat ac distinguit. lib. 2. τῆς ὀρθοδοξίας πῆξω cap. 6. allegato etiam illo Pauli loco de tertio cœlo, in quod raptus sit Apostolus.

**Fallacia diui-  
sionis &  
compositio-  
nis.**

Deinde præter hanc Aequiuocationis fallaciam paralogismo compositionis & diuisionis fucum lectori facit. Cum enim non in cœlorum nomine: sed in ijs verbis, quæ scripturæ quædam dicta cœlorum appellationi adiuncta habent, figuratus sermo sit: Hun allegoriam cœlis ipsis affingit, eoque Sophismate pueriliter orthodoxis insultat. Cum è cœlo, inquit, dicitur Deus descēdere. Exodi 19. Prospicere è cœlo super filios hominum, Psal. 14. Mittere auxilium suum è cœlo, Psal. 57. Mittere dextram suam ab excelsis: Mittere spiritum sanctum ab alto, Exaudire de alto: quis hîc aspectabiles illos cœlos locorumque altitudinem intelligendam autumet? & ineptiat, Deum è supremo aliquo cœlo per omnes orbis planetarum descendere, & ex illo Calvinistarum cœlo, quod supra firmamentum emineat, filios hominum procul à se dissitos aspicere, & auxilium suum, dextram suam, ac spiritum sanctum suum inde è summo cœlo per spheram stellarum fixarum, & planetarum orbis demittere? Hæc omnia singulaque sunt à diuinæ essentiae maiestate alienissima. Deus enim cœlum & terram implens, ratione essentia sua de loco in locum non mutatur, aut mouetur

suo

*siue visibiliter siue inuisibiliter. Inevitabilis ergo postulat necessitas, coelestem hanc altitudinem Dei interpretari de coelesti ipsius gloria, coelesti ipsius beatitudine, coelesti maiestate, gaudio, & luce inaccessa, quibus omnibus Deus ne in infima quidem terra destituitur. Qui hæc negant, sunt in Theologia rudes & indocti, non intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus asseuerant.*

Satis quidem fastuosè, & insolenter, hæc Hunius, sed videat, ne conuicia in alios detorta in ipsum recitant. Quis enim (præter Hunium tam præclarè doctum in Theologia Vbiquistica) adeò rudis est in veræ ac orthodoxæ Ecclesiæ doctrina, qui non intelligat in ijs locis, quæ Hunius citat, & alijs huius generis cōpluribus, *in quibus etiã Deus habitare in coelis, & filium è coelis misisse dicitur*, non tam in cœlorum nomine, quàm in verbis habitandi, contemplandi, mittendi, descendendi, & similibus tropum inesse? propterea, quod verba hæc non magis propriè, quàm manus, & pedes, & oculi, aliaque membra, & motus atque actiones corporeæ, tribui naturæ diuinæ possunt? De quo vel ex ipso Damasceno, quæ sit per ὀρθόδοξα θεῶν loquendi ratio scripturæ familiaris, erudiri Hunius potuisset, nisi Theologiæ suæ Vbiquisticæ confusus, exhaustisse se omnia iam dudum putasset. Non enim de nihilo est, quod à Platone olim dictum est: *Multos ad sapientiam peruenturos fuisse, nisi*

Non in voce cœlorum, sed in verbis habitandi, mittendi, descendendi &c. tropus est, cū scriptura de Deo loquitur.

Damasc. lib. I. cap. II.

exia

*existimassent, se iam eam consecutos esse.*

**Argumentū**  
Huij ex 4.  
terminis Al-  
titudo signi-  
ficat cœlestē  
gloriam. Er-  
go & cœlum  
ipsum nihil  
aliud est,  
quàm cœle-  
stis gloria.

**Cœleste dici**  
non potest  
nisi sit cœlū  
aliquod.

**Reiectio ani-**  
liū fabularū  
de conditio-  
ne cœli.

Cur miscet autem Huij hæc duo: Cœ-  
lum ipsum, de quo disputare ipsi propositum  
est, & cœlestem altitudinem, quam pro unio-  
ne cœlorum substituit? *Cum ait: Cœlestem altitudo-  
nem Dei de cœlesti ipsius gloria & beatitudine  
&c. inevitabili necessitate intelligi oportere. Quasi  
verò quod de altitudine hac cœlesti facile ipsi  
conceditur, idem etiam de cœlo ipso fieri o-  
porteat?*

Cur autem tanta doctrinæ eruditione, tan-  
ta diuinarum rerum scientia instructus, non  
animaduertit, quod vel pueris (qui prima  
Grammaticæ rudimenta degustarunt) notum  
est, deriuatiua à primitiuis deduci, ideoq; ne-  
quidem cœlestem gloriam, & beatitudinem,  
& lætitiā nominari posse, nisi cœlum illud  
sit, quod scriptura sedem Dei & beatorum do-  
micilium vocat.

Quod quale sit, nunc quidem inenarrabi-  
le nobis est, & id tamen supra illos aspecta-  
biles cœlos à scriptura collocari scimus: nec  
dubitamus, quin in eo gloriam suam Deus  
in manifesta luce patefaciat, & immediatè se  
communicet electis angelis & hominibus eò  
translatis, & vicissim summo gradu obedien-  
tiæ ab ijs colatur, in quo & nos aliquando æ-  
ternum beatos fore credimus: *Etsi nec ineptias  
illas fabularum de choreis cœlestibus & similibus*

augis probamus: & disertè at que expressè eorum  
deliria reijcimus, qui extra verbum Dei de illo summa  
mæ felicitatis domicilio, aut ipsa etiam felicitate  
garrunt, Cùm Apostolus testetur: neq; venisse in cor  
bominis, quæ præparavit Deus diligentibus se.

## LII.

Hun pag. 662.

Nihil autem patrocinator Hunio locus  
Athanasij, quem ex vnione cõtra Sabellij gre-  
gales citat. Discant ergo, sursum illud, & in  
alto esse non corporaliter duntaxat audiendum: sed  
nova ratione intelligendum esse: Quoniam illud di-  
ctum, quo fertur sublimis super omnes gentes, &  
illud idem: Exaltabo te Domine. Rursus illud: Lau-  
dabilis & superexaltatus in secula: non in loco quo  
piam, & in sublimi Dominum constituunt, neq; Do-  
minum ab hominibus euehi describunt, aut ab alijs,  
qui laudibus eum extollunt, sursum extolli, sed ma-  
iestatem inuisibilis Deitatis, sublimitatem vo-  
cant. Et is qui dicit: Coelum Coeli Domino, ter-  
ram autem dedit filijs hominum: non pro loco do-  
micilij Coelum assortitur Domino, & hominibus ter-  
ram, sed excellentiam magnificentiamq; oculis sub-  
ijcit.

Hæc quidem Athanasius de missione **Fallacia plu-**  
**TOY LOGOY** differit contra eos, qui myste- **rium inter-**  
rio incarnationis obijciebant: Si emittitur, **rogationum**  
& descendit, Non igitur est cū eo qui ipsum emittit,  
neq;

Athanas.  
pag. 97.

Descendere  
de celo re-  
ctè explicat  
Athanas. de  
mysterio in-  
carnationis  
filij Dei: non  
de loci mu-  
tatione. Ne-  
que tamen  
inde lequi-  
tur, nullum  
esse coelum  
tertium.

neque ei, qui sursum manet, coheret. Huic ergo  
obiectioni respondens, Discant, inquit, sursum  
illud & in alto esse &c. Quibus mox subiicit.  
Facilimè igitur comperis, descensum verbi inclinac-  
tionem esse ex incorporali maiestate ad vilitatem cor-  
poris. Et: Ne igitur Corporales istæ voces (hoc est  
descensio, & emissio) ad inficiandam eius incarna-  
tionem producantur, quoniam localiter neq; descen-  
dit Deus, neq; emittitur, sed audiant Apostolū, id  
negocij, & eiusmodi comparationes metaphorasq; ex-  
plicantem: Non rapinam arbitratus est, esse æqua-  
lem Deo, sed seipsū exhausit, formam Serui accipia-  
ens, in similitudinem hominum factus. Hoc enim  
est descendere, hoc est, emitti, induiq; in amiculum  
vilius, quam pro ipsius dignitate. Descensus item,  
humanae speciei, superinductio atq; inuestitio est, se-  
cundum Patris voluntatem instituta, Quod si loco  
& verbum non circūscribitur, non auelletur ab in-  
corporali patre ob corporis sui attemperamentum:  
Nam excepit eum volentē Corpus quatenus idonea  
est humana natura, Deū suscipere: Manet nihilomis-  
nus in sua ipsius natura, quæ ante incarnationē fuit.  
Quamobrem descensus è coelo non fuit digressio è  
coelo: neque item emissio è coelo, segregatio à pa-  
tre. &c.

Athanas. pag.  
94.

Illa verò quæ Hun subiungit, in eadem  
quidem Oratione Athanasij, sed paginis dua-  
bus antè extant (Aufer mihi iam illud, loco sub-  
nixū esse, cum de Deo, & Verbo, & spiritu sancto  
cogitandum putes. Ac rursus: Impium igitur, aut  
quærere & cogitare vbi sit Deus, aut quem locū obti-  
neat.

neat.



neat Verbum aut Spiritus Sanctus, quo domi- Obiectio A-  
 cilio claudatur: ) Dicuntur autem aduersus rianorum  
 eos qui de æterna gubernatione Filij obje- contra gene-  
 ciebant. Si genitus est, extra genitorem exis- rationē filij  
 sit, & ab eo diremptus est. Minimè verò gentium, refutata ab  
 inquit Athanasius. Quin imò indiremptum oportet Athanasio:  
 esse Verbum, qui existit in Deo, & extra Deum non  
 apparet. Quo enim in loco foris apparuerit, cum  
 omnia Deus, vt in scripturis est, adimpleat? Cælum,  
 & terram ego repleo, dicit Dominus. Istiusmodi  
 prestigijs filij generationem, eiusq; à patre æternum  
 progressum: & cum patre coexistentiam subuertere  
 conantur, cum integer per se & solidus sit pater, in-  
 teger quoque & solidus sit filius. Discant igitur,  
 se non intelligere, neq; quæ dicunt, neq; quæ affir-  
 mant, cum in loco circumscribunt Deū, Filiumq; deo  
 nuò alio in loco consistere imaginantur, eosq; sedi-  
 bus distinctos esse: illum quidem hîc, alterum verò  
 alibi: siquidem genitus sit, & seorsum à patre ali-  
 trinsecus apparuerit. Quis locus quietis meæ, di-  
 cit Dominus? Cælumnè? Atqui cæli cælorum non  
 sufficient tibi, inquit Salomon, ad Deum verba fa-  
 ciens, magno argumento mortales docens, nihil loco-  
 rum, Deitatis esse capax: Manus, inquit, meæ fecit  
 hæc omnia. Non igitur opera intra se cõtinent opifi-  
 cem suum, qui & ante opera existebat, illisq; vt exi-  
 sterent, causam præbuit, viribusq; suis stabiliuit,  
 Atq; ideo ait Paulus: Ex quo omnia, & per quem  
 omnia, & in quo omnia. Ac rursus idem, In eo eo-  
 nim viuimus, mouemur & existimus.

His demùm subijciuntur verba illa, Quæ,

vt

vt Scopum disputationis Athanasij occultas  
ret Hun mutilauit: *Aufer iam mihi illud, loco  
subnixum esse, cum de Deo, & verbo, & spiritu  
sancto cogitandum putes: aufer mihi locales capaci-  
tates, neq; alibi existere patrem, aliò vero emitti fi-  
lium, ex ratione gignendi suspiceris. Et post pauca:  
Ne requiras magnitudinem loci tam spaciosam quæ  
capere posset Dei magnitudinem: non enim id  
quod immensurabile est, in mensurato contineri pos-  
terit.*

Denique disputationem eam concludens  
ait: *Intelligamus queso, ea quæ supra nos sunt, &  
per se incorporalia existunt (patrem scilicet, filium,  
& spiritum sanctum) locis non indigere, neq; rece-  
ptaculis distincta esse, ac ne ob id inexistentē nullius  
quæ essentiae, aut patrem, aut filium, aut spiritum  
sanctum audeas statuere, eò quòd neq; locum defini-  
re, neq; singulis locum ascribere possis.*

Quid verò hic est, per Deum Optimum  
Maximum, quòd ad stabiliendum dogma  
Ubiquitatis carnis Christi vel minima ex parte  
faciat? Aut potius, quàm multa hinc sunt,  
quæ dogma illud euertunt, nisi probet Hun,  
Carnem Christi naturæ identitatem habere  
cum Trinitate?

Aliud æter-  
na generatio  
filij, eius-  
demq; in

Dupliciter enim impingit Hun, quòd ad  
accommodationem loci huius attinet. Pri-  
mum enim de sessione Christi secundum hu-  
manitatem, id est, humanitatis ipsius, hinc con-  
trouertitur: deinde de ipsis cælis, in quibus  
Chri-

Christus secundum humanitatem sursum est, quæritur. Intempestiuè igitur Hun detorquet ad sessionem humanitatis ad dextram Dei, quæ de æterna generatione filij, & de Incarnatione eius distinctè ab Athanasio docentur. Deinde non rectè transferuntur ad humanitatem ab Hunio, quæ ad maiestatem æternæ & infinitæ Deitatis describendam pertinent. Ac multò inconuenientius opponitur hæc sublimitatis descriptio doctrinæ orthodoxæ de Cælo, quod suas quasdam ob causas rectè dicitur sedes Dei, non vt negetur Dei omnipresens, sed quia maximè ibi maiestas, & gloria refulget, & obedientia ei perfectissima præstatur à beatis hominibus & angelis: Quò respiciens Christus etiam in prece nos compellare Deum iussit, vt patrem nostrum, qui in cælis sit, & orare vt voluntas eius fiat in terra, sicut in C O E L O.

caruatio, aliud ascensio; in cœlum & sessio secundum humanitatem.

Quæ de diuinitate dicuntur non rectè transferuntur ad humanitatem Christi.

Hæc non oppugnat Athanasius, qui hoc agit, ne existimeretur essentia Dei cælis contineri, aut loco alio vlllo circumscribi. Quod tam non repugnat articulo fidei de throno Dei in Cælis, quam non aduersatur sibi inticem illa scripturæ dicta: *Psalmo 102. Dominus in cælo parauit sedem suam: et 1. Reg. 8. Cœli cœlorum non sufficiunt tibi.*

Verumq; verum est, & quòd essentia diuina non circumscribatur vlllo loco, & quòd tamen cœlum sit thronus Dei.

LIII.

Hun pag. 663.

Pertinet

Pertinet ad Deitatis omnipræsentiam describendam & Augustini locus, quem Hun-  
 citat, sine mentione libri in quo extet: *Si in  
 cælis tanquam superioribus mundi parti-  
 bus locus Dei esse creditur, melioris meritè  
 sunt aues, quarum vita est Deo vicinior.*

Quæ Augu-  
 stin. dicit de  
 diuinitate,  
 ea non rectè  
 Hun detor-  
 quet ad car-  
 nem Christi  
 glorificatam  
 quidem, & li-  
 berrime, in  
 cælo regnã-  
 tem, sed ve-  
 ro tamè cor-  
 pore organi-  
 co, & sym-  
 metria mē-  
 brorū præ-  
 ditam, & v-  
 bicunq; est  
 in cælo, ibi-  
 dem retinē-  
 re veri & na-  
 turalis cor-  
 poris modū.

Sed negat Augustinus Deū in cælis esse, vt  
 in loco, sicut res creatæ, vbicunq; sunt, locum  
 certum requirunt: Neque tamen negat, cœ-  
 los sursum esse, non deorsum. Hæc verò quid  
 momenti afferunt ad dogma Hunianum pro-  
 bandum de omnipræsentia Carnis Christi?  
 de quo Hun addit: *Ergo querimus Christum  
 supra, non cogitationibus nostris exspacian-  
 do in locum altum creati cæli, in quo sit  
 per essentia proprietatem corpus ipsius ( Ita  
 namq; suspensi relinqueremur atque dubij,  
 ad quam cælorum plagam nos vertere de-  
 beremus, ne foris nostra cogitatio aberrar-  
 et ab eo loco cæli, in quo ex hypothesi aduer-  
 sariorum versetur saluatoris humanitas )  
 sed tū querimus eum supra, quando eum  
 consideramus in ipsa dextra Dei, quâ nihil  
 altius, nihil sublimius, nihil excelsius, nihil  
 eminentius est, non loci conditione, sed glo-  
 riæ maiestatisq; eminentia.*

Repetit

Repetit Sophisma toties refutatum, quo  
 omnipræsentiam ex sessione ad dextram con-  
 firmare nititur, confundens sessionem carnis,  
 cum descriptione ipsius dextræ Dei. Multò  
 autem rectius Cyrillus, qui corpore, inquit, absens est  
 Christus patri pro nobis apparens, & ad dextram  
 eius sedens. Et Augustinus: Noli dubitare ibi nunc  
 esse hominem Christum Iesum, unde venturus est,  
 memoriterq; recole & fideliter tene Christianam  
 confessionem, Quoniam resurrexit à mortuis, as-  
 cendit ad coelum, sedet ad dextram patris: Nec  
 aliunde quàm inde venturus est, ad viuos mortuosq;  
 iudicandos. Ad sannas verò Hunianas sufficit  
 nobis illud eiusdem Augustini. Vbi & quomo-  
 do sit in coelo Corpus dominicum, curiosissimùm &  
 superuacaneum est quaerere. Tantummodo in coe-  
 lo esse credendum est. Non est enim fragilitatis no-  
 stræ, coelorum secreta discere, sed est nostræ fidei  
 de Dominici Corporis dignitate sublimia & honesta  
 sapere.

## LIIII.

Hun pag. 664. & deinceps.

Quæ portò Hun de solenni illa *προβλε-  
 λούβει* veteris Ecclesiæ (*Sursum corda*) item-  
 que de sententia Canonis Niceni disputat,  
 in quo hæc verba sunt: *Eleuantes men-  
 tem, fide cogitemus positum esse in sacra  
 ista mensa agnum Dei tollentem peccata  
 mundi;*

Christus re-  
 ctè à nobis  
 inuocatur  
 sublatis ad  
 coelum ocu-  
 lis etiamsi  
 quæ in partè  
 cœli liberri-  
 me versetur  
 iuxta huma-  
 nitatè defini-  
 ri nobis non  
 possit. Inuo-  
 camus enim  
 nō humani-  
 nitatè solā;  
 id est; sepa-  
 ratā à Logo;  
 sed Logon  
 ipsum in car-  
 natum.

*mundi*, cum ad doctrinam de cœna peculiariter spectent, suo loco attingemus.

Quàm verò indignum est Christianæ fidei simplicitate, quod definitionem corporis Christi, à Domino ipso post resurrectionem ex morte traditam, conuellete & labefactare conatur Hun? data instantia cibi & potus gustari à Christo post eandem resurrectionem.

Hun. pag.  
671.

Quis, inquit, vilius momenti esse putet argumentum hoc? Christus ad comprobandam discipulis suis resurrectionem præbuit se videndum & palpandum: Ergo corpus eius non potest non esse visibile, & contrectabile. Nonne enim consimilem ad modum licebit ita argumentari: Christus ad asserendam suæ Resurrectionis veritatem edit & bibit coram discipulis. Ergo licet ex resurrectione clarificatum habeat corpus, tamen id necessario indiget cibo & potu? Quemadmodum autem non necessitate, sed liberrima voluntate per dispensationem edit & bibit ad evidentius demonstrandam discipulis resurrectionem suam, cum quidem aliàs corpora gloriosa, cibo & potu nequaquam indigeant: Sic quoque ad eandem resurrectionem asserendam, præbuit se videndum & palpandum, non quòd necessitate quadam corpus eius sensibus expositum sit, sed quia liberrima voluntate se sensibus Apostolorum ad tempus obiecit.

Argumentum  
Hunianum,  
idem cum  
obiectione

Hanc instantiam Hun, non ex patrum orthodoxorum fontibus, sed ex lacunis Eurychianorum hausit, ad quam Theodore-

THEO

tus, cui Synodus Chalcedonensis honorificum Veritatis orthodoxæ testimonium præbuit, iam pridem respondit Dialog. 2. Ostensa dissimilitudine istorum duorum, quæ Hun confundit: *monstrationis manuum, & pedum: & manducationis cibi & potus post resurrectionem. Cibo enim inquit, non indigebat corpus immortalitate donatum. Nam & de resuscitatis Dominus dixit: Erunt ἰβραῦνοι. At manus & pedes habere, & circumscriptum esse, & CERNI POSSE, immutabilis proprietas est Corporis, & essentiam ipsam naturæ demonstrans. Itaque mirum, nisi Hun more Eutychemo pro phantasmate habet ipsas etiam manus & pedes, & corporis totius circumscriptiōnem; VITO ORATON fecit accidens separabile à corporibus glorificatis. Quod Theodoretus hac memorabili sententia refellit. *Dominicum ergo Corpus incorruptibile quidem resurrexit & impatibile, & immortale, & diuina gloria glorificatum, & à Cælestibus adoratur potestatibus: Corpus tamen est, priorem habens circumscriptiōnem.**

Quod quidem & ex scripturæ dictis, quæ de Christo in cælos euecto loquuntur, confirmat, quæ refutet Hun prius, antequam persuadeat nobis Corpus Christi deposuisse in gloria proprietates essentielles & perpetuas veri & naturalis corporis.

Eutychemo quam refutauit Theodoretus.

Ex esu intelligere voluit Christus Apostolos, quod verè vitam ex morte recepisset, sed ex palpatione & conspectu agnoscere eos voluit veritatem corporis. Itaque illud dispensationis fuit: hæc perpetuæ proprietatis est.

K 1

Hunij

## LV.

Hun pag. 672.

Sed oppugnat IO ORATON, id est, quod visibile sit corpus Christi Hun, verbis Luc. 24. *Vbi legitur, inquit, Christus duobus discipulis in Emmaus ἀφαντες γενόμενος, id est, inconspicuum seu inuisibilem esse factum.*

## Responsio.

Christus Aphantos factus, non in se absolute, sed respectu discipulorum, ex quorum respectu subitò recessit.

At multum differunt in lingua Græca ἀφαντες εἶναι, id est inuisibilem, & ἀφαντος γενέσθαι, id est, non apparere, seu non conspici ab omnibus quouis tempore. Illud enim veritatem corporis euertit (ὄγασ δρώμενος, ἕωμα εἶσι inquit Theodoretus) Hoc varijs de causis accidere potest, non tam ex conditione ipsius corporis, quàm eorum respectu, in quibus conspectus impeditur, quocunque impedimento obiecto.

Nec Euangelista simpliciter ait APHANTOS EGENETO, sed additur ἀπ' αὐτῶν, quod multò maiorem Emphasin habet, quàm si dixisset, ἐγένετο ἀφαντος αὐτοῖς. Nam ne quis putet Christum præsentem cum ijs mansisse corpore suo, idque in se hanc proprietatem habuisse, vt cerni non posset: Euangelista diserte affirmat, Christum ἀπ' αὐτῶν γεγενῆσθαι ἀφαντα. Quod est tam oculis & conspectui



spectui ipsorum, quàm extra conspectum eorum ablatum, seu ab eis abductum esse, facta mutatione loci, non autè inuisibiliter remanente corpore ad mensam, ad quam cum illis prius confederat.

Redeat autem ad Grammaticorum Subsellia Hun, & quærat ex eis, num APHANTON APO TINOS significet aliquid in se inuisibile, antequam tam audacter pronunciet quod de aliquo Christi visibilis permanentis recessu phrasis illa explicari nequeat: propterea quod de eo, qui ab aliquo digreditur, nec sit reuera inuisibilis, sed tantum propter opposita externa obstacula non conspiciatur, dici non consueuerit quod APHANTOS fiat.

Cur verò exempla non profert, quæ apud authores classicos obseruarit, in quibus perlustrandis se Argo oculatiorem esse putat.

## LVI.

Hun pag. 673.

Nec verò caussam Hunij iuuat, quòd ait, *Sapè aliàs Christum quando apparuit discipulis, paulò post rursus ex eorum oculis disparuisse, ita vt discipuli quidem possent dicere, Visum sibi Dominum: Quo autem peruenisset, explicare aut dicere non possent.*

## Responsio.

Quin imò, si visus est eis, idque non spe-

K 3

cti

**Inuersio.** **Corpus ha-**  
**bens Figurā**  
**& colore si-**  
**ue luce præ-**  
**ditum, non**  
**potest non**  
**esse visibile.**

tri alicuius more, sed veri corporis sui ef-  
 figie, & lineamentis, quæ & cernebant in-  
 dubitato oculis suis, & manibus suis contre-  
 ctabant: vtrique visibile corpus retinuit. Di-  
 sparitio autem non naturam corporis, id est,  
 visibilitatem Christo adimit, sed conspectum  
 discipulis eripuit, vt in historia Ascensionis  
 expresse dicitur, quòd cum discipuli intentis in cœ-  
 lum oculis essent, nubes eum suscepit & ab oculis  
 illorum abstulerit: Et hi angelos tamen dicentes au-  
 diunt: Viri Galilæi quid statis intuentes in cœlum?  
 Hic Iesus qui sursum receptus est à nobis in cœ-  
 lum, ita veniet quemadmodum conspexistis, eum pro-  
 ficiscentem in Cœlum. De quo Chrysostomus  
 homilia de Ascensione Domini. Si amicorum  
 seu cognatorum separatione tristamur, quanto ma-  
 gis Saluatorem, Magistrum, Dominum, Miseri-  
 cordem, Pium, Mansuetum, cum à se viderent  
 separari, non omni cum dolore tristabantur discipu-  
 li? Ideo stabant angeli, & ascensionis tristitiam,  
 commemoratione regressionis consolabantur, & sepa-  
 rationis dolorem aduentus futuri pollicitatione se-  
 dabant.

En coniecturæ etiam illius Hunianæ refu-  
 tationem, quâ dicit dubium non esse, quin si man-  
 sisset visibilis suo corpore, fuissent illum insecuti, aut  
 secum retinuissent, præsertim cum tanto flagraret  
 desiderio non modò visendi illius, verum etiam, si  
 fieri potuisset, perpetua eius conuersatione vtendi.

K

+

Quas

Quasi verò potuerint Discipuli subsequi Christum in altum sublatum. Rectè verò Augustinus: Videntibus ait, non sequentibus discipulis Christum ascendisse in Cœlum. Et tamen, si Dijs placet, polliceretur Hun in quæstione figmenti sui vanissimi evidentem & ad oculum quasi demonstrationem, quales scilicet Hunianæ sunt: ex inani iactantia, & falsitate compositæ.

## LVII.

Hun pag. 673

Imò non dubitamus asserere, inquit, etiam glorificatorum corporum (quia Paulo teste sunt pneumatica. 1. Cor. 15.) hanc esse virtutem proprietatemque πνευματικῶν, ut non necessitate quadam pateant aliorum conspectui. Nam de sanctis, qui corporibus suis tempore passionis Christi resurrexerant, affirmat Euangelista Matthæus, esse illos post resurrectionem Christi ingressos in civitatem sanctam & apparuisse multis. Quo subindicat non promiscuè quibusvis illos visos esse, sed ijs duntaxat, quorum oculos Dominus peculiariter aperuerat, ut eos conspicari possent.

Responsio.

Nomina

Corpora san-  
ctorum cur  
post resurre-  
ctionem vo-  
centur spiri-  
tualia.

Animalium  
& spiritali-  
um corporum  
appellatio-  
nes referendæ  
sunt ad col-  
lationem pri-  
mi & secun-  
di Adami.  
1. Cor. 15.

Nominat Paulus corpora resuscitata spi-  
ritualia, non quod substantiam & proprieta-  
tes essentielles naturæ spiritualis habitura sint,  
sed à qualitatibus novis, quæ ex diuina spiri-  
tus virtute redundaturæ sint in corpora Ele-  
ctorum. Opponit enim Paulus πνευματικά, &  
ψυχικά. Ac ψυχικά vocat, quibus anima cre-  
ata vitales facultates præbet: Qualia sunt  
omnium hominum corpora in hac vita, quæ  
ex priori seu terreno Adamo habemus, qui  
factus est in primâ creatione, sibi & posteris  
suis in ipso conditis, in animam viuentem,  
seu homo animatus. πνευματικά autem vo-  
cat, quæ excellentiorem vitam sint habitu-  
ra ex diuina virtute Christi, quem postero-  
rem Adamum vocat, & Deum è Cælo, id est,  
verum Deum & verum hominem, quem-  
que ait in spiritum viuificantem factum esse  
seu spiritum viuificum esse, Quia & suum  
ipsius corpus post resurrectionem in primis,  
& glorificationem diuina virtute viuificauit,  
& ad similitudinem sui corporis nostra quo-  
que corpora eadem virtute diuina ad vitam  
æternam & beatam viuificaturus est.

Hæc Antithesis animalium & spiritalia-  
rum corporum, essentiæ ipsi vel proprietati-  
bus corporum nihil prorsus adimit, quæ ea-  
dem in resuscitatis futura sunt, quoad sub-  
stantiam & symmetriam membrorum, &  
quæ

quæ hanc comitatur immutabiliter, circum-  
scriptionem.

Itaque nemo vnquam fuit orthodoxo-  
rum, qui inter qualitates corporum resuscita-  
torum numerarit inuisibilitatem. Ac satis  
fuit Scholasticis ipsis recensere hæc quatuor  
attributa corporum glorificatorum: *Impassi-  
bilitatem, claritatem, subtilitatem, & agilitatem.*  
Et extant Hieronymi refutationes aduersus  
Originis, & Iohannis Hierosolymitani de-  
lyria, quibus Corpori Christi glorificato, &  
resuscitatorum hominum corporibus falsò  
illi attribuebant alia, quàm scriptura tribuit.  
Quos si Magistros sequitur Hun, sciat iam-  
pridem Ecclesiæ veræ iudicijs, & se & illos  
cū phantasticis istiusmodi opinionibus dam-  
natos esse.

Ad Sanctos autem quòd attinet, qui non  
*vt Hun ait, TEMPORE Passionis Christi, sed*  
*post resurrectionem eius, vt Matthæus habet, surre-*  
*xerunt: ipsa vox Euangelistæ ΕΙΣΗΛΘΟΝ, id est,*  
ingressi sunt, seu introierunt in ciuitatem san-  
ctam: ostendit eos vera corpora habuisse, &  
his loci mutationem recte tribui. Non au-  
tem ideò, multis tantùm, non omnibus ap-  
paruerunt: quasi corpora ipsorum in sese fue-  
rint inuisibilia, sed vt de discipulis in Emaus  
proficiscentibus, & Christum comitem in  
itinere habentibus dicitur, *quòd retenti fuerint*  
*oculi eorum, ne statim agnoscerent Dominum, sic*  
magna.

In actis syno-  
di sextæ Oe-  
cumenicæ  
recitantur  
verba Seueri  
hæretici &  
sectatorū eius  
Quod quæ  
circa corpus  
sunt & ei in-  
sita, moles  
fluxus: co-  
lor, omnia  
in Oecono-  
mia Christi  
consumma-  
ta sunt in cor-  
pore Christi:

Fallacia à  
non causa.

magnæ partis hominum oculi retenti & impediti fuerunt, ne Sanctos illos resuscitados plerique cernerent.

Quod factum est certo Dei consilio, ut intelligeretur, non resurrexisse Sanctos istos, ut rursus versarentur inter homines, de nouo aliquando morituri, ut de Lazaro & alijs narrat historia Ecclesiastica, sed potius ut in vitam æternam Christum comitarentur, cuius ex morte iam resuscitati viuifica virtute resurrexerant.

Quid? quod de Christo etiam Petrus Act. 10. inquit: *Eum tertio die excitatum esse à Deo, qui eum dederit manifestum fieri, non toti populo, sed testibus, quos ipse prius designauerat.* Ex quo tamen minimè sequitur, Christi corpus in se fuisse inuisibile, aut non resuscitatum esse, quia toti populo non fuerit Christus manifestatus.

## LVIII.

Hun pag. 673. & 674.

**Diuerforum & inter se pugnantium fundamentorum varietas & inconstantia Assuerationis temerariæ vanitatem ostendit** Sed si inuisibilitatem corpus Christi ex Resurrectione & glorificatione accepit: cur alia plura fundamenta, eaque diuerforum generum affuit Hun? nempe vnionem & sessionem ad dextram Dei: *Cum ex resurrectione Christus modum habeat, inquit, quo possit corpore suo esse APHANTOS, quid ni multo magis, ex vnione, & subsecuta sessione ad dextram*

*dextram, modum habere censendus est, quo  
inuisibiliter preſto ſit omnibus creaturis.  
&c.*

### Reſponſio.

Primùm ſi corpus Chriſti reſurrectione  
demùm inuisibile euasit: non ex vnione in-  
uisibilitatem habuit. Deinde ſi ex ſeſſio-  
ne accepit, vt inuisibile factum ſit: Non igi-  
tur inuisibile fuit, vel ante vel poſt Reſuſci-  
tationem, donec in cœlos Chriſtus euectus  
eſt. Præterea in his ipſis Cœlis ſi verum eſt,  
quod Hun ſentit, etiam beatis illis angelis &  
hominibus exiſtentibus in cœlo, inuisibilis  
iam erit Chriſtus ex noua illa per ſeſſionem  
acquiſita proprietate corporis: Denique cùm  
in nubibus cœli apparebit olim in gloria, non  
natiua & perpetua, ſed aliena & aſcitiua, &  
& ad tempus ſaltem aſſumpta ac mutuata vi-  
ſibilitate, corpore ſuo conſpicuus erit. Quo-  
modo ergo Stephano cœlis apertis vilus eſt?  
quomodo eum aſpicient, qui in eum confi-  
xerunt? quomodo iudicium omne (viſibi-  
le nempe) pater dedit filio, quia filius homi-  
nis eſt, id eſt humana ſpecie & forma viſibi-  
li præditus? Cùm ſi aſcitiua forma opus eſ-  
ſet, pater ipſe hoc modo viſibile iudicium ex-  
ercere poſſet?

Mira verò Metamorphoſis eſt, quâ Hun  
cum

Hun ex inuisibilitate etiam omnipresentiā corporis extruere conatur.

cum inuisibilitate etiam omnipresentiā commutat, cum idem corpus Christi inuisibiliter, & (vt D. Lutheri verbis loqui videri vult) admirabiliter creaturis omnibus ita præsto esse ait, vt ipsum nec contingant, nec dimetiantur nec comprehendant, sed ipse potius illos sibi præsentis habeat, mensuret & contineat: hoc est, vt creaturas omnes diuersissimis in locis ex ordine creationis collocatas quasi in puncto vnus loci reipsa, & substantialiter corpori suo præsentis statuatur, & corpus tamen nullā contingat, à nulla mensuretur, nec comprehendatur, sed ipsam in se mensuret, & contineat creaturas vniuersas & singulas. Sed hoc aliud nihil est, quàm mendacij & vanitatis condemnare Christum affirmantem se venturum in nubibus cœli, sessurum super sedem gloriæ, & oues à dextris, hircos à sinistris suis habiturum: Et Petrum asseuerantē, quod Christum Cœlo suscipi, & vt scriptores veteres exponunt, contineri oporteat vsque ad diem retributionis omnium. Quæ ad corpus omnipresens, & intra se creaturas omnes continens aded non congruunt, vt mendacij seipsum conuincat, qui hoc affirmare, & Christo ac Apostolis laudem veritatis detrahere audeat.

## LIX.

Hun. pag 674. & 675.

Vt autem ineptias quæstionis istius Humanianæ



nianæ meritò repudiamus: *An de Deitate accipiendū sit illud ἀφ' αὐτοῦ ἐγένετο ἄπ' αὐτοῦ:* & interpretationem hanc vel per calumniam alijs affictam: vel ( vt multa alia ) ociosè ac temerè illius refutationem institutam esse ab Hunio existimamus: Sic audax illa & impudens confidentia meritò detestanda est, qua Hun verba illa Christi ( *Videte manus & pedes meos: Nam ego ipse sum: contrectate me & videte me. Nam spiritus carnem & ossa non habet, pro vt me conspiciatis habere* ) diuellens: corpori Christi resuscitato hoc tantū relinquit, quod carnem & ossa habeat. Quod autem visendum ac palpandum se discipulis præbuit, ad voluntariam saltem dispensationem refert, obtrusa iterum & repetita confusione disparatorum, videlicet manducationis cibi post resurrectionem, & proprietatum itarum quæ sunt perpetuæ in natura corporum. *Ex verbis Christi, inquit, aperte liquet, quidnam discernat inter spiritum & corpus, nempe habere carnem & ossa: vt autem fidem eis faciat, quod carnem & ossa verè habeat, & quod Apostoli non videant spiritum aliquem, sed ipsum Dominum carne rediuiuū: idcirco per voluntariam dispensationem se visendum, palpandumq; sistit, sicut verè edendo, non tamen aliqua necessitate, sed KATA OIKONOMIAN demonstrat, non spiritum aliquem, sed se verè ex mortuis resuscitatum eis conspici, nec tamen hinc euincitur, edere esse Systaticam proprietatē Corporis ipsius.*

Atqui

Sublata proprietate carnis & ossium, id est dimensionibus, contactu, visibilitate corporis natura ipsa carnis & ossium tollitur.

Atqui si discrimen inter corpus Christi & spiritum seu spectrum in eo tantum consistit, ut Hun arbitratur, quod corpus carnem & ossa habet, spiritus aut spectrum non habet: quid nisi petitio principij erit, affirmare Christum carnem & ossa habere, & tollere proprietates eas, ex quibus tanquam nota perpetua deprehenditur, substantiam illam carnis & ossium, verè inesse corpori Christi?

Nec verò frustra Christus toties iussit discipulos intueri & contèplari ipsum oculis, & contrectare manibus, Nimirum ut non resurrectionis seu vitæ tantum receptæ (quemadmodum per manducationem cibi) sed etiam corporis sui veritatem probaret, atque ita discipulis certò constaret, ipsum retinere ossa & carnem, & ipsum non alium esse, cum quo antea conuersati fuerant. Unde i. Iohan. i. EMPHATICOS dicitur: *Quod oculis nostris vidimus, quod spectauimus, & manus nostræ contrectarunt.* Non enim est ταυτολογία in verbis illis, ὅ ἐώρακαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐδαβάμεθα: sed amplius quiddam significat τὸ δεῶδαι id est spectare, quam videre, quasi dicat: Non semel neque obiter, sed verè, & penitus contemplatos se esse, ne quis præstigias aliquas fuisse putet:

Hæc quorsum Christus? quorsum Apostolus

stolus tam diligenter inculcaret? si verum est, quod Hun dicit: *Tangi & videri tam non est proprietas ad essentiam Corporis Christi requisita, quam nec edere, aut bibere.* Eritne igitur circumscriptio Corporis (qua essentia ipsa intra fines & terminos nature suae continetur) quamque consequuntur illa, visibile, & palpabile esse? Hæc ergo, num sic erunt accidentia mutabilia, ut cibum & potum assumere, & quæ postea addit Hun, ut *Mariæ Magdalene in forma hortulani, discipulis duobus in forma Viatoris apparere, aut clauorum vestigia in manibus & pedibus aliquandiu retinere, ut & stigma aperti lateris?*

Quid? quod de cicatricibus etiam veterum scriptorum diuersæ sunt sententiæ? & formæ apparentis diuersitas, non vultum & staturam corporis in Christo reipsa mutauit: sed, cum eadem esset forma, sicut idem erat corpus, intuentium tamen oculis retentis dissimilis formæ imaginem obiecit, secundum cogitationes, quas animo circumferebant? Næ Maria hortulanum putabat, nec prius Christum agnouit, quæ nominatim eam compellaret: & discipuli duo nondum persuasi, Christum resuscitatum esse, viatorem esse existimabant, quod ipso habitu & vestitu corporis ad iter accinctum viderent. Ex quo tamen non sequitur, quia veram formam isti non statim agnouerunt, cogitationibus ipsorum aliò directis, & oculis detentis, aut

quia

quia habitu & vestitu corporis dissimili apparuit, propterea Christum ipsum à resurrectione, Protei instar, varios vultus induisse, Multò minus sequitur, quia extraordinariæ cuiusdam Oeconomix fuit, quod comedit & bibit post resurrectionem, idcirco visibile & palpabile quoque eius fuisse citra ordinariam dispensationem. Quod si ita esset, ne finitum quidem & circumscriptum esset Christi corpus post resurrectionem ex ordinaria dispensatione, neq; iam verè corpus dici posset, sed incorporeū quiddam esset, cuius neq; species neque figura, neq; simulacrum est. Vt ait Ignatius Epist. 7. ad Smirnenses.

## L X.

Hun pag. 677. & 678;

Neque vero ex scriptura didicit Hun, quod Corpus Christi sit simul visibile & inhabere visibile: & visibiliter alicubi adesse: alibi inuisibiliter existere negat Hun pugnare in Theologia sua: *ait, Scripturam asserere vtrumque, videlicet corpus Christi visibiliter vbi vult esse. Item inuisibile esse ex proprietate clarificatorum corporum: Multo vero magis ex vnione & sessione in throno dextræ Dei imperscrutabilem præsentix modum, quo possit implere omnia: &c. vnde mox infert, quia verbum Dei affirmet vtrumque, ideo non pugnare in Theologia, licet pugnare videantur in capitibus sacramentalium riorum.*

gat Hun  
pugnare in  
Theologia  
sua:

Sed liceat nobis Hunio sua ipsius verba, hic reponere. Antecedens non legitur in vlllo vel Prophetarum vel Apostolorum, sed exhalat ex Vbi-  
quistæ

*quistarum capite siue cerebro* ( Hi enim sunt floculi orationis ipsius ) Nam vt diuersis locis & temporibus Christum corpus suum conspiciendum aut non conspiciendum præbuerit: in se tamen simul visibile & inuisibile fuisse, nullum scripturæ dictum conuincit. Itaque vt pugnantia ista, & aliena à verbo Dei recipienda non sunt, licet in Theologia Vbiquistica recepta sint, & in capitibus Vbiquistarū, qui candida de nigris & de candentibus atra, quoties libet, facere solent, optimè conuenire videantur.

In horum Theologia, non autem in Ecclesiæ Catholicæ & orthodoxæ doctrina probari solet: quod Hun etiam hoc loco gloriatur, *vnunquidēque Corpus Christi posse esse in loco: atque nihilominus alia ratione sublimiore extra locum, Siquidem corpus perpetuum suum esse hypostaticum non in loco habeat, sed in LOGO. Ideoq; intra huius hypostasim intromissum loca ad vnum omnia ineffabiliter transcendat.*

Corpus Christi Hunio est in loco & simul extra locum.

At si ita est, ne quidem in vno loco contineri corpus poterit, cum nunquam non esse suum In LOGO habeat. Sed fallacem esse conclusiunculam, terminorum non coherentium pluralitas ostendit. Quæ enim connectio est ista?

Quatuor terminio

*LOGOS est illocalis.*

*Corpus est in Logo.*

*Ergo Corpus est illocale.*

L

Suntē

Suntne idem LOGOS, & in LOGO esse? Quo-  
modo igitur sequi potest: Hypostasis LOGOY,  
id est, ipsemet LOGOS illocalis est: Ideo & Corpus  
factum est illocale? Imo cum hoc defendit  
Hun, quomodo stante vnione corpus unquā  
locale fuit aut esse potest?

## LXI.

Hun pag. 678. & 679.

- Quales autem sunt hi funiculi argu-  
mentorum Hunij ex arena contexti, vt de
1. Valentinianis Irenæus dixit: LOGOS ma-  
nifestatus, & actu visibilis factus est in carne. Et  
idem LOGOS manet inuisibilis in cæteris creaturis
  2. omnibus. Idem flammei equites, atque currus actu  
conspicui sunt Elisæo, actu quoque inconspicui famulo  
ipsius. Idem angelus Domini actu visibilis est Asinæ  
Bileami pseudoprophetae, actu inuisibilis ipsi Bi-  
leamo, donec eius aperiantur oculi.

Ergo vt in his nulla implicatur contradictio, nec  
periclitatur identitas LOGOY, flammeorum equi-  
tum, & angelorum: Sic neque corporis Christi iden-  
titas in discrimen vocatur, si maximè actu sit alibi  
visibile, alibi inuisibile, planè vt non duo fingun-  
tur corpora, sed vnum creditur esse & manere Chri-  
sti corpus, quod in certo loco est, tempore exinanitio-  
nis (puta in Bethania, in Nazareth, Ierosolymis in  
templo, in cœnaculo: atque nihilominus actu subsistit  
verè extra locum, Quia in singulari vnigeniti verbis  
hypostasi, vbi vel nulla sunt vel piè cogitantur loca.

## Responsio.

Omniū isto-  
rum exem-

Sine controuersia magnū est pietatis my-  
sterium

sterium: *Deus manifestatus seu conspicuus factus est in carne.* Sed non aliter in carne visibilis factus est, quam circumscriptus, localis, passibilis, mortalis fuit in carne, id est, non in se, aut sui respectu (semper enim secundum essentiam suam, inuisibilis incircumscriptus, illocalis, impassibilis, immortalis est & manet) sed κατὰ τὴν σαρκά, id est, iuxta carnem assumptam. *At Christum pugnat Hun, visibile, & inuisibile esse, nō diuersarum naturarum quae unitae sint respectu: sed secundū vnum idemq; corpus ex diuersis saltem causis, ex quibus tamen effectum hūc necessario sequi, minimè probare hacten⁹ potuit.*

Deinde historia Elisæi 2. Regum 6. nequaquam hoc dicit: Equites & currus flammeos, qui erant angeli Dei post assumptam illam formam externam vno eodemque respectu formæ illius assumptæ, fuisse simul & visibiles, & inuisibiles: sed ministri oculos detentos fuisse docet, ne videret quod Elisæus videbat. Hoc impedimento sublato, cum ad preces Elisæi Dominus aperiret oculos ministri, vidit & ipse, quod mons ille plenus erat equis, & curribus igneis circa Elisæum. Sic in eadem historia Elisæus non agnoscitur ab exercitu regis Syriæ, quem præcedit, quia Syri ad preces illius percussi erant subita caligine: quæ impedimento eis erat, quò minus Samariam ipsam agnoscerent, priusquã Dominus rursus ad Prophetæ preces oculos eo-

L a rum

plorum allegatio, qua Hun in præfenti disputatione vitur, ad eludendā obiectionē de contradictione, iure ac merito reijcitur vulgari isto dicto: Allegari inconueniens, non est soluere.

rum aperuit: Quod cum factum esset, viderunt, quod ecce essent in medio Samariae. *Hic verò an Hun, ipsum quoque Elisæum in semetipso inuisibilem factum esse, & simul tamen visibilem mansisse contendet? perinde, ut vnâ eandemque Carnem Christi, simul & visibilem & inuisibilem esse pugnat?*

Præterea angelus Domini, quem Afiua Bileami vidit cum gladio euaginato in manu eius, non simul fuit visibilis & inuisibilis, secundum eam formam quam ad tempus assumpserat, etiamsi Bileam angelum Domini non vidit, donec Dominus oculos eius detexit atque aperuit. Toto enim tempore illo, quo formam istam gerebat angelus, visibilis erat, non inuisibilis: etiamsi Bileam videre eum non potuit, propter impedimentum conspectus, quod erat non in ipso angelo, sed in Bileamo, cuius oculi tenebantur. *At carnem Christi eandem ipsam & visibilem, & inuisibilem esse contendit Hun: Imò ex proprietate corporum clarificatorum reuera iam inuisibilem factam esse disputat, neque tam visibilem esse, quam visibilem esse posse ait, per dispensationem quandam voluntariam, quasi Christus dixerit, sicut me videtis habere posse: qui simpliciter pronunciat, sicut me Habere videtis.*

Cur verò non allegat Hun testimonium Scripturæ vllum? (ut de exemplis, etsi falsò & incōuenienter recitatis facere videri voluit)

ex



ex quo vel species aliqua compareat dogma-  
tis Ubiquistici, de quo tam audacter hic quo-  
que affirmat, *Vnum esse & manere corpus, quod in  
certo loco sit tempore exinanitionis, & nihilominus  
actu, verè sit extra locum.* Rectè enim Orthodoxus  
apud Theodoretum: *Ego non ausim dicere ali-*  
*quid in re tanta humanis cogitationibus permotus.*  
*Non enim adeo perditè confidens sum, ut audeam ali-*  
*quid affirmare, quod sacra scriptura silètio præterit.*

An verò tempore exinanitionis non fuit  
vniò personalis? an caro tunc aliter subsistebat  
in λογῶ, quàm nunc post exaltationem? aut  
si tùm etiã in singulari vnigeniti verbi hypo-  
stasi fuit, cur tùm in certo loco fuit, nunc ma-  
nente eadem vnione, quæ nec diminutionem  
nec incrementum accipit, in loco esse desijt,  
& extra loca omnia constituitur?

## LXII.

Hun pag. 679. & 680.

Cùm autem sentiat Hun, non parum se  
argumento illo premi (quo figmento ipsius  
obijcitur implicatio contradictionis, de præ-  
sentia corporis in vno aliquo loco, & de omni-  
præsentia, quâ corpus simul sit in omnibus  
locis) vehementer se torquet in quærenda  
huius argumenti elusione.

*Deus non vult contradictoria*

*Esse circumscriptum & incircumscriptum:  
esse in celo & in terris, de vno eodemq; cor-  
pore non nisi per contradictionē enunciantur.*

L 3 Brga

Alia elusio-  
nes Hunianę  
contra obie-  
ctionem de  
contradicti-  
one.

*Ergo Corpus Christi, quod vno aliquo in loco est, non simul vbique est in omnibus alijs locis.*

Hun contra-  
dictionem  
effugere vo-  
lens, magis  
magisque se  
implicat cō-  
tradictioni.

Primum negat se de corpore Christi, hæc *ἀντιφατικὰ* statuere, aut enunciare: *Quod scilicet sit circumscriptum naturæ suæ terminis: & non sit circumscriptum naturæ suæ terminis.* Hæc enim verè pugnare inquit: Sed quod vna manu iam dedit, mox altera manu eripit. Quasi enim corpus, naturæ suæ terminis circumscriptum, & in loco: Ac rursus, extra eos ipsos terminos naturæ suæ, omnipræsens sit: Aut quasi in vnione cum LOGO, & sessione ad dextram patris, intra naturæ suæ terminos non maneat, ( hoc est, finitum esse designat, & locum amplius non requirat secundum veri corporis modum, vt Augustinus loquitur ) subiicit Hun, noua se contradictione implicans:

*Vicissim, inquit, hæc duo neutiquam pugnant, esse circumscriptum, & finitum per essentialis proprietatem: seu naturæ terminis proprijs: atque nihilominus alieno termino, externo illo accidente L O C O non circumscribi, non capi, non contineri: Sed in illocali throno diuinæ aeternæ dextræ D E I, potius transcendere, circumscribere, capere, continere, & mensurari loca omnia.*

Hoc verò merum est figmentum Vbi-  
quisti-

quisticum, aut potius phantasticum. Audiamus ergo, quomodo id prober Hun?

*Vtrumque, inquit, Scriptura de Corpore Christi pronūciat, cū quod per naturae suae terminos ac dimensiones circumscriptum, & finitum sit, finitumque sine vlla variatione permaneat, tūm quod hoc Corpus ita, ut dictum est, finitum permanens, nihilominus, extra, citra, ultra & supra loca vniuersa in ipsa dextra Dei emineat, & in hoc omnipraesentiae solio omnia, Paulo assistente, impleat: atque sic non ex aliquo certo Caeli loco, sed ex illocali & omnipraesenti throno dominetur omnibus Creaturis, Ideoque non more terrenorum regum absens, sed secundum modum dextrae Dei praesens. Vtrumque inquam asserit scriptura.*

*Ergo vtrumque etiam verum erit, quantumuis in caecatis capitibus aduersariorum pugnare videantur.*

Proprium hoc illorum est, qui causam malam fouent, ut pro rationibus conuicia quaerant. At viderit Hun, ut suum caput satis illustratum sit luce verbi diuini, qui se dissentientibus caecata capita obijcit.

*Nihil idem per se ipsum probari potest, inquit Logici. Nulla ergo hic probatio, nulla ratio firma, sed TAYTOLOGIA, KAI AEILOGIA, KAI KOKKYSMOS perpetuus.*

L 4

Nam

Distinctio-  
nes & respec-  
tus diuersi  
non habentes  
fundamentū  
in scriptura,  
imo pugnan-  
tes cum scri-  
ptura & arti-  
culis fidei,  
nullius mo-  
menti sunt  
in Ecclesia.

Nam quod sub Pauli dicto latibulum quærit, loquitur id, non de corpore sed de persona Christi in qua naturarum discriminaperpetuò retinenda sunt. Sic enim expressè Apostolus: *Quis est qui ascendit, nisi qui & descendit?*

Quod ad humanitatem, quæ ex cœlis delata non est, referri nequit. Quomodo verò in omnibus creaturis præsens est corpus Christi secundum modum dextræ Dei, cum modus ille dextræ Dei soli essentiæ diuinæ competat, non rei creatæ vlli? ac multò minus corpori? quod partem habet extra partem, & vbiunque est, ibi est secundum veri corporis modum?

Iam cum figmentum Hunij probatione destituatur, quærit tamen præclarus hic disputator ex aduersarijs, ad quorù conuicia rursus delabitur, *quis eis hanc potestatem concesserit constituendi ex proprio arbitrio, quænam pro contradictorijs coram Deo habenda sint, quæ secus? cum Dei infinita potestas & sapientia, ea quoque conciliare nouerit, quæ coram omni mundana intelligentia pugnare videntur è diametro.* Nos verò scimus: sapientiæ Dei non esse numerum, & Deum omnipotentē esse credimus ac profiteamur. Sed Psalmi illud simul tenem⁹: *Deus noster facit Quæcunq; VULT in cœlo & in terra.*

Quare cum voluntas Dei requirenda sit ex verbo ipsius: neque ea repudiamus, quæ  
rationi

rationi inter se pugnare videntur, Si testimonia in verbo Dei extent: neq; pugnantia inter se admittimus, quæ Hun & tota Vbi-quistarum cohors proprio arbitrio fingit, & tanquam fidei articulos sine verbo Dei Ecclesiæ obtrudit. Itaque non suis, quos sic vocat, aduersarijs, sed sibi ipsi Hun occinat, quod hoc loco scribit: *Scias te Hun non ex verbo Dei probare posse, sed in tuo cerebro præsumere: quæ pro contradictorijs haberi non velis. Ea q; in re turpiter te abuti omnipotentia Dei prætextu.*

Nam quod *νοκκωβωδ* eundem subinde repetis: quod scripturæ nomen temerè allegas: id neq; probationis vim habet: neq; quod toties affirmas, vllis scripturæ testimonijs nititur.

Testatur quidē scriptura, Christū posse, quando, & vbi velit, esse & apparere visibiliter in loco: Sed & scriptura eadem testatur: Christum non tantum posse, sed verè esse & manere visibilem, & cælo suscipi oportuisse vsque ad diem restitutionis omnium. Nusquam autem testatur scriptura: Christum simul extra coelum esse in creaturis omnibus: Quod Hun dicit, Christum carne sua collocatū ad dextram Dei, transcendere & continere loca omnia, atque sic in hoc throno nullibi excluso, nullibi incluso, præsentia illocali implere omnia.

Hæc cum probare Hun ex verbo Dei non possit, falsò infert, non esse contraria, nec euertere naturæ humanæ substantiam. Quia non coram  
ratione

ratione tantum (quam stultam & insanam vocat Hun, fortassis ex caeco amore Ubiquitatis, tanquam Dianæ Ephesæ, cum ipsa ratione insaniens) apparent, sed in Dei schola, & corâ Deo verè sunt ista ἀντιφατικά: eandem naturam humanam simul, eodēq; temporis momēto actu esse in loco, & eādēdem actu non esse in loco, sed extra loca omnia.

Hun verò rursus sibi occinat, quod in Antagonistas suos falsò & petulanter dicit: Quòd quia pro leuitate animi ingenijq; sui præsumsit ipse, quid haberi & non haberi debeat pro Contradictione, mirum non sit, quòd in abyssum erroris assumptus & absorptus, hac audacia & petulantia longissimam latissimamq; viam sternat, in caeteris quoque articulis, præsertim arduis illis, & à sensu humane intelligentiæ remotis indulgendi figmentis suis, & arripiendi, quae nec cum verbo Dei congruunt, neq; vlla ex parte inter se consentiunt.

## LXIII.

Hun pag. 682.

Hun. pag.  
678.

Mirum verò non est, quod aduersus contradictiones temerè & confidenter disputans Hun, sibi ipsi toties contradicit. Dixit enim paulò ante: Quòd attinet ad axioma de contradicentibus, baud inficiamur Deum, quae verè pugnant, non velle aut facere. Nunc verò commune κενὸς φωνητόν haereticorum nominat hoc, ut loquitur, de contradictorijs obiectum: (Nam quod addit eo modo vsurpatum, quo aduersarij factitant,

*fallitant, calumnia est, non vera accusatio) Imò non haereticorum tantum latibulum esse censeo (inquit) sed ipsiusmet Diaboli speciosissimū argumentum, quo in rebus fidei homines, praetextu evitandae contradictionis in barathrum infidelitatis & erroris praecipites agat. At multo hoc rectius dixisset de ijs, qui contradictionibus volentes se implicant: de quibus praclare D. Lutherus scripsit, Qui semel mentitur, hic certissimè ex Deo non est, & suspectus in omnibus habetur. Mendacia autem certius dignoscere non potes, nisi quando sibi metipsis contraria sunt, quae dicuntur. A Deo enim ita ordinatum est, ut impij semper se ipsos confundant: Et quòd mendacia non consonent, sed semper contra semetipsa testentur.*

Hun autem Quibus quæso exemplis objectionem de contradictionibus rejicit? Planè à proposito alienis & impertinentibus, cum orthodoxi non quasuis apparentes, sed in Dei verbo inter se verè ac re ipsa pugnantes contradictiones respiciant.

An enim vera contradictio est, quam exemplo Arianorum affert Hun, cum ait, eos putare cōtradictoria esse, quod hypostases nō ratione solùm, sed re ipsa distinctae sint: & quod nihilominus vna simplicissimè, & ad numerum *OT- SIA* sit? Nulla certe hæc contradictio, cum Trinitas & Vnitas, non de eodem sub-

Non sūt cō-  
dēdi noui ar-  
ticuli fidei,  
vbi nō habe-  
mus expres-  
sū Deiverbū,  
Articulus de  
trinitate, de  
vnione per-  
sonali, de re-  
surrectione  
superāt quī-  
dē mētis hu-  
manę intelli-  
gētā: sed ha-  
bent verbū  
Dei manife-  
stum & ex-  
pressū. Vbi-  
quitas carnis  
Christi tali  
fundamento  
prorsū caret

subiecto simul prædicentur: sed vnitas peculiariter tribuatur essentiæ, Trinitas hypostasibus, quæ non quidem essentialiter, sed realiter tamē, videlicet characteristicis, seu personalibus proprietatibus seu *τρόπω ὑπάρξεως* inter se differunt.

Nec resurrectionem mortuorum negarūt *vel Hymeneus & Philetus, vel Sadducæi in populo Dei, prætextu contradictionis* vt ait Hun. Hæc enim nulla est, cū sint subiecta diuersa corp<sup>o</sup> & anima. Et spiritualis, quæ in hac vita inchoari debet resuscitatio, ad animas pertineat, altera, quam speramus, ad corpora referatur: nisi fortè contradictionem, Hun, non ad collationem corporalis & spiritualis resurrectionis, quàm ad impossibilitatem naturæ referri velit, sed quæ verbo Dei præiudicare non potest, cū hic articulus fidei: Credo resurrectionem mortuorum, expressa voce Dei sit traditus: Quod de Vbiquitate nequaquam dici potest.

Quàm verò placet sibi Hun conuictio illo suo ex triuio arrepto, cū ait, *Abrahamum, si Calvinista fuisset, nunquam pariturum fuisse mandato Dei de immolando filio Isaac: quod simpliciter pugnauerit cum promissionibus antegressis, quarum summa in hac vna voce continetur: In Isaac vocabitur tibi semen.* Quid verò si Hunio reponatur obiectio eadem? Si Abrahamus Vbiquista fuisset,



fuiſſet, præſcribens Deo modum certum per-  
ficiendi ſua opera ( vt carnem Chriſti Vbiquiſtæ  
niſi omnipræſens ſit, percipi à nobis non poſſe in cœ-  
na contendunt. ) nunquam paruiſſet illi man-  
dato Dei. At verò Abraham neq; modū im-  
plendi promiſſiones ſuas Deo præſcripſit ex  
Matæologia Vbiquiſtarū: nec Diabolum, vt ait  
Hun, ſed Iehouam ſecum locutum eſſe certò ſciuit ac  
ſtatuit. Itaq; obrulit per fidē Iſaac vnigenitum:  
cū illud ſecum perpendiſſet Heb. 11. Deū vel  
ex mortuis excitare poſſe, vnde etiam illū ſimilitudi-  
ne quadam recepit. Non enim vera fuit Iſaaci  
mors, ſed inſtar mortis, vt videatur quaſi re-  
ſurrexiſſe.

Oſtendat verò Hun verbum Domini vel  
vnū, quod credere nos iubeat, Carnem ipſam  
Chriſti vbiq; eſſe. Quod donec proferat, cauſſā  
nullam conuiciandi nobis habet, qui figmē-  
ta Vbiquiſtica pari loco cum verbo Dei habe-  
re non poſſumus. Et ſuas illas conciliationes  
contradictionum de corpore ſimul viſibili & inui-  
ſibili: & de carne locali & illocali agnoſcat nihil  
aliud eſſe, quàm audaciæ impudentis ſpecioſos præ-  
textus, ad eludendam æternam & immotam regulā  
veritatis diuinæ: Quodlibet eſt, aut non eſt: com-  
paratos: à quibus ſibi caueant, quicumq; Fidei exi-  
tiale naufragium euitare volent, vt ſua iterum ver-  
ba Hunio reponam, quæ in ipſum multò conue-  
nientius quadrant quàm in orthodoxos.

Illud autem à Diabolo excaecatum eſſe, quod

Hun

*Hun miscet, Christiana charitas relinquere nos iubet & deprecari à Deo, ne tantā in quenquā fideiū potestātē Diabolo permittat: Hunium quoque à tam crassā & palpabili, quam alijs falsò tribuit, cæcitātē liberet, vt quid sit illud quod à Christo dicitur. Ioh. 9. videat tandem atque intelligat. Si caeci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Videmus, Itaq; peccatum vestrum manet.*

## LXIII.

Hun. pag. 684.

*Vtinam verò, quā maximè intentis atq; apertis oculis aspiciat, & sine contradictione retineat Hun, quæ de fide hic disserit: Quòd scilicet in apparentibus cōtradictionibus ita nos expedire debeamus, quemadmodū se Abraham expeduit, qui nihil moratus apparentes aut quælibet vnicè respexit ad verbum, & ad infinitam Dei sapientiam ac potentiam. Item vt Sadducæis negantibus mortuorum resurrectionē, respondit Dominus errare ipsos, Nescientes Scripturas & virtutem Dei. At verò vbi scriptura? vbi verbū Dei? hanc voluntatē Dei declarans, quòd corpus Christi definitionē veri corporis humani recipere ac retinere: & non recipere, neq; retinere vno eodēq; tempore velit? Nam vera fides, vt Abrahami exemplum docet, verbum Dñi prius intuetur, ac postea potentiam Dei: quemadmodum & Christus contra Sadducæos disputans, & errorum omnium fontes monstrans, scripturas primū nominat. Postea*


Postea virtutem Dei adjungit, Quia semper nobis de voluntate Dei prius constare oportet, quàm de omnipræsencia eius disputemus.

Sed hæc de vno illo Ubiquitatis dogmate, quod à Smidelino quasi testamento sibi legatum in hoc libro suo asserere Hun modis omnibus conatur, monuisse lectorem, veritatis amantem satis sit: quæ oro, vt sine *Prosopolepsia* de re tota iudicet, & seposita nonnihil larua factiosorum nominum, & conuitijs Hunianis in orthodoxos: argumenta cum arguentis comparet, & præstigijs Ubiquisticis animaduertis, Veritatem simplicem de Christo vero Deo & homine, non secundum vnam eandemque, sed secundum diuersas naturas locali & illocali: visibili & inuisibili: circumscripto corpore prædito, & omnipræsente, firmiter amplectatur: Quæ est fides Catholica, & confessio, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborarunt, & fideles nunc vsque custodiunt.

Quæ verò ad corruptelas Hunianas doctrinæ de Sacramentis, imprimisque de Cœna Domini pertinent (cui disputatione istâ suam de Ubiquitate callidè infarcire Hun voluit) alia occasione, nisi vel doctiores alij refutanda susceperint vel occupationes grauioribus impedierint, vna eum duabus præfationibus Hunij, Deo iuuante refellere studebimus: idque eò breuius quò magis, vt verissimè ab alijs iam pridem scriptum est, non tam scientia quàm conscientia controuersia de Sacramentis opus habere videtur.

**DEO SOLI GLORIA.**







Jf 447 8

X 2210419


Sb.



m.c.







DEMONSTRATIO  
IMPOSTVRARVM ET FRAVDVM:  
QVIBVS EGIDIVS HVN. D.

in libro, recens ab ipso edito, de Sa-  
cramentis veteris & noui  
testamenti,

PRO DEFENSIONE  
Dogmatis Ubiquitarij

Contra Veritatem orthodoxam  
pugnat.

AD PRÆMONENDAM IV-  
uentutem: Scripta & edita

BREMÆ.

CHRISTOPHORO PEZELIO  
Theologiae Doctore.

Excudebatur Typis Bernhardi Petri;

M. D. XCI.